IOANNIS LUDOVICI CARTARII BONON.

Medici, ac Philosophi Clarissimi, Et in Celeberrima Academia Bononiensi Philosophiam ordin. vespertinam profitentis.

DE IMMORTALITATE,

Atq; Pluralitate Animae Secundum Aristotelem.

Eò accedunt nonnullæ aliæ quæstiones ad idem pertinentes.

AD ILLUSTRISS. ET REVERENDISS. D. D. CONSTANTIUM SARNANUM S. R. E. Card. Amplis.



Bononiæ, Apud Faustum Bonardum. 1587.
Facultate à Superioribus concessa.



SFORTIÆ GANDVLFI Bononienſis, ac Eccellentiſſimi D. Ioannis Ludouici Chartarij diſcipuli. Epigramma.

IMplicitos cæcis libros tractare tenebris
Obſcuri cupiat quisquis Ariſtotelis;
Chartarij hæc docti reuolutet dogmata, claro
Qui noctem tetram diſpulit eloquio.

EIVSDEM ELEGIA.

DVM colit Elyſios multis comitatibus agros,
Creditus ingenio ſummus Ariſtoteles;
Illum præcipui Thales, Atlasq́, Cononq́,
Plurima deinde σόφων dum comitatq́ cohors;
Ecce ſinus nodo fluxos ſuccincta tenaci,
Obuia fama illis ſubſtitit ante pedes.
Ac prior; heus vbi nã Sophiæ ſacra pocula dãdi,
Cui fuit Æmathio tradita cura Duci?
Dixit, & ex templo doctor, princepsq́ Lycei,
Hos


Hos famæ ignotus subdidit ore sonos.
Æmathius princeps, Phœbi dum luce fruebar,
Dulcia me Sophiæ dante fluenta bibit:
Verum, fare rogo mulier quo nomine gaudes,
Quæ gestas habitum Virginis, osq; Deæ?
Fama vocor (dixit) cunctarum nuncia rerum,
Quæ tibi tristitiæ nuncia verba fero.
Ec quid opus fuerat libris monumenta laborum
Consignare, tuumq; tulit ingenium?
Ec quid & hibernas olim contemnere brumas,
Atq; caloriferi spernere signa Canis?
Deniq; quid iuuit terras peragrare remotas,
Et somnum fessis subripuisse oculis?
Quando scatent vitio mendis interpretis illi,
Et minime sensus ceperit ipse tuos?
Te dixisse ferunt, Animas concedere letho,
Cum dantur rapido membra voranda rogo:
Te dixisse ferunt, hominum mortalia Mentis
Vnius offitio corpora cuncta frui.
Dixerat, aspersit faciem cum fletibus heros,
Et supplex superi numina Regis adit:

Hunc

ILLVSTRISS. AC R.^mo D. D. CONSTANTIO SARNANO S. R. E. CARD. AMPLISS.

Ac Vercelensis Ecclesiæ Antistiti, Principiq; perpetuo.

Ioannes Ludouicus Chartarius. S. P. D.



TANTA est animi ratione participis dignitas, atq; præstantia, Cardinalis Ampliss. vt is minimè cum cæteris rebus creatis, sed cum ipso Deo, (si hoc dicere licet,) comparandus; illis verò anteponendus facilè videatur; quippe qui summi sui opificis imago sit; & ab eo ità instructus, atq; ornatus, & ea facultate præditus procreetur, vt si sui obliuisci nolit, illimet, quantum fieri potest, se se quàm simillimum reddat. Itaq; cum Deus Opt. Max. & omnium verissimè existat, cæte-

ra verò eiuſmodi ſint, prò cuiusq; minore, aut maiore boni, veriq; participatione animus tum inquiſitioni, & veſtigationi veritatis, quæ homini propria eſt, intentus; omnia colluſtrans longè, lateq; vagãs & per quoſdam gradus & mirabiles rerũ ordines aſcendens, vel ad ſummum mundi molitorem contemplandum ſe ſe erigit, atq; extollit; quo ea veritate perſpecta, ſuum, atq; adeò rerum omnium procreatorem, & ſimilitudinem illius, quam ſecum gerit, agnoſcat. Ex hoc autem euenit, vt animus Deo, etiam corpore incluſus, atq; detétus, prò virili ſimilior factus rerum humanarum curis vacuus, ac liber illius incredibili deſiderio teneatur? cętera contemnat, illum vnũ ſemper quærat, atq; deſideret. Tum etiam, cum ſenſerit ipſum Deum haud quaquàm ceſſatione torpere, ſed totum hunc mundum ſumma prouidentia regere; primum quidé

infe-

inferioribus facultatibus benè constitutis, atq; in offitio contentis, tamquàm princeps in arce locatus, eis ministris, quid agendum sit recte pręscribit: et eã ob causam pręteritorum meminit: pręsẽtia prospicit atq; disponit: & futura prouidet: quid honestum, quid turpe sit discernit: quid sequendum, quid vè fugiẽdum, diiudicat: et tandem quid vni cuiq; qu ꝯ quoloco, ac tpe conueniat, optimè docet. Ita vt ijs omnibus, quæ suæ partes postulare videntur, rectè administratis, benè, beatèq; viuat, & tandem ad sempiternã cœli patriã euolet Quæ cum ità sint, vt nihil adhoc demonstrandũ apertius desideretur, non possum, nõ magna admiratione, ac stupore affici, nonnullos sensisse animum ratione præditũ simul cũ corpore interire; hos equidẽ nõ homines, sed agrestes potius feras fuisse arbitror: Nã quotus quisq; est vel rudis,

atq́; ferus homo, qui gloriæ, laudis, immortalitatis ſtudio non trahatur? quod ſanè non ita rem benè perpendẽtibus ſatis euidens argumentũ ad hoc ipſum eſſe poſſet, etenim ſi aliter res: atq́; diximus ſe ſe heberet; fruſtra huiuſmodi appetitus nobis tributus eſſet: alios verò viros alioquin doctisſimos, id vitio dediſſe Ariſt. in rerum omnium vi, atq́; natura perſpicienda viro certè ſingulari, & propè diuino; quo cum in alijs, tum in tractatione de animo, neq́; doctior, neq́; acutior, neq́; acrior inuentus eſt vllus, tamet ſi obſcurior; quod in cauſâ fuit, vt hi quę ab eo tradita ſunt, minus fortaſſe percipientes tam malè de ipſo ſenſerint. Ita q́; id philoſophorum Principi falsò tribui grauiter ferens, hoc commentariolo eum animam rationalem immortalem aſſeruiſſe oſtendere contendi: eorum rationes refutans, atq́; euertens, qui aliter

opinati

opinati fuerint. Cum vero deindè grauiſſimi quidam Philoſophi dictam de immortalitate animæ opinionem ſint quidem ſecuti, ſed de pluralitate eiuſdem falſam, ac prauam acceperint, & hanc penitus euellere ſum conatus. Cuius cum Peruſiæ primas Philoſophiȩ interprȩtandi partes tenens diſcipulis meis copiam feciſſé, vel tum rogatus fui, vt illud edere vellem; id tunc in alijs rebus occupatus eis denegaui. Hoc autem tempore ſimul ac accepi, te tua ſumma doctrina, ſingulariq; virtute amplisſimum Cardinalatus gradum aſſecutum fuiſſe, illud ad te mittendũ putaui; vt eo de dignitate hac, quȩ mihi eſt quàm gratiſsima, tibi vehementer, ac verè gratuler; Et vt omnes intelligant, quanta ſemper fuerit, & nũc ſit maior mea erga te obſeruantia. Nam quamuis idem iam per literas egerim, mihi tamen, ac meæ ad te obſeruandum, virtu-

 tesq;

tesq; tuas, prędicandas maximè propensæ voluntati, minus cumulatè satisfactum videbam; tametsi neq; munusculo hoc id ipsum perfectum esse cognoscam. Etenim præterquàm quòd exiguum est, nec ullo pacto cum amplissima tua dignitate, tuisq; præstantissimis virtutibus, aut meo tui celebrandi, ac obseruandi mirifico desiderio conferendum; nunquàm equidem patiar tibi non debere, & non esse deuinctus: quodam enim mihi videor, te semper venerandi, atquè colendi mirifico desiderio ardere; quod sanè nunquàm extinctum iri posse videtur. De tuis autem virtutibus, si quæ prædicanda forent, dicere vellem, in infinitũ protraheretur oratio; quanta morum integritate, vitęq; sanctitate, in gerendis rebus sis prudentia præditus: et quanta cũ rerũ oĩũ, tũ Philosophiæ, & sacræ Theologiæ scientia sis perpolitus, & cumula-

tus.

tus: et quot annis summa cum dignitate, & tui nominis gloria sacram Theologiã interpretandi personam sustinuisti. et quanta vigilantia, quanto vè studio semper fueris in amplificanda, atquè illustranda Franciscanorum familia. Et vt rem paucis absoluam, quàm benè te in rebus omnibus gerendis semper gesseris, vt nihil vnquàm in te desideratum fuerit Hæc equidem partim ego optimè noui, partim omnium voce concelebrata accepi. Sed illud maximè valet ad iudicã dum, quantũ cœteris virtute antecellas, quod, ea duce, ad istum amplissimum dignitatis gradum ascendisti Itaq; Cardinalis Amplissime, libellum hunc ad te mitto, & ob eas, quas suprà memoraui, causas, & quia arbitratus sum eum tibi maximè conuenire, atquè gratissimum fore: quippe in quo de eis agitur rebus, quas tu sæpe vidisti, tractasti, & do-

cuisti;

cuisti: et ea defenditur veritas, quę cum pium philosophum, tum amplissimum nostrę religionis Antistitem summopere decet. Eum igitur accipe, & libenter accipe: & ad alia, quæ interim expoliuntur, animum adde. Vale, ac diu fœlicissimè viue.

Bononiæ, Calen. Iunij.

M. D. LXXXVII.

ANTONII SVLPHERINI
Cæſenatis in Ioannem Ludouicum
Chartarium, Philoſophum
præſtantisſimum.

OBSCVRIS olim humana de mĕte libellū
Inuoluit chartis magnus Ariſtoteles:
At ſophiæ præſtās cultor Chartarius illū
Euoluit, miris explicuitq; modis:
Ingenij ille facem incendit, latebraſq; petiuit,
Diſpulit & noctem luce nitente nigram.
Sic oriens tenebras cælo Sol diſcutit aureus,
Sic cæcis rebus luxq;, colorq; redit.

AVGVSTINI BENACII

INTEREVNT plantæ: piſces, pictæq; Volucres
Interreunt: terris interit omne pecus:
Atq; ſuo quicquid Phœbe complectitur orbe,
Et lato omnipotens occupat imperio.
Quid mirum? vario concreta hæc ſemine rerum,
Eſt opus hic tandem morte ſoluta cadant.

Sola anima haud vllum nouit per tempora finem,
Simplex, æthereis pura profecta locis.
Chartarius vero & culto sermone probare
Id studet ex docto doctus Aristotele.
Hunc si perlegeret, mutato Epicurus amore
Absurdæ mentis, diceret intrepidus,
Non sors est animæ, quæ corporis. illa perennem
Sortita est vitam. hoc concidit in cineres.


HIERONYMI CANINII
Anglariensis, in laudem Præceptoris sui D. Ioannis Ludouici Chartarij Philosophi præstantissimi.

ARMA, perinsigneq́; virũ canit ille gradiui:
Aligeri hic pueri mitia bella canit:
Corporibus profert alius medicamina mille:
Explicat hic iuris dogmata frugiferi;
Tu sophiæ sacræ, Chartari, carus alumnus,
Non humana quidem, sed magis alta doces;
Immor-

Immortalem animam nobis, ac fine carentem
Demõstras doctè scilicet, atquè piè:
Ipsamqué haud cunctis nobis mortalibus vnam:
At vero distinctam cuilibet esse suã. (theus
Aut igitur quõdã vt sublatus ad astra Prome
Hæc ibi vidisti, discere & indè fuit:
Iuppiter aut sacro versans in pectore dictat
Hæc tibi: nam diuo numine plena refers.

Τοῦ αὐτοῦ

Ὅσσον Ἀριστοτέλει παμμύστορι κόσμος ὀφείλει,
ὅττι μυχοὺς πάσαις ἐξίτασεν σοφίης,
Χαρταρίῳ γε σοφῷ τόσον αὐτός· τῷ γὰρ ἀμύνει
Φελσινίης κῦδος Χαρτάριος πόλεως.



CÆSARIS SASSATELLI Cæsenatis Ad Excellentissimũ D. Ioannem Ludouicum Chartarium Præceptorẽ suum, Philosophumq; Clarissimum Epigramma.



SI virides mersit Vulturnus frigore campos,
Tu Zephyrus ducis tempora grata veris:
Siq; diu nostras latuerunt lumina mentes,
Tu radians lustras Phœbus vbiq; Polos.
Gratulor ipse tibi, sacros dictaße penates
Tot, tantas grates, quot meruißet homo.
Gratulor ipse magis, iuuenum pandiße Ioannes
Mentibus Æthereas hinc Ludouice dapes.
O quantum pulchras, facili sermone patentes
Has tibi præscripsit docta Minerua theses.
Eia age, crede, meret seclis rutilare per orbem
Innumerabilibus paruulus iste liber.

Hunc rogat, vt priſcas liceat remeare ſub auras,
Implicitos nodis ſoluat vt arte libros.
Olli ſubridens hominum pater, atq; Deorum,
His ſuſpirantem vocibus alloquitur.
Illum perpetuam noctem dormire neceſſe eſt,
Quem libitina ſuo ſubdidit imperio;
Et cuius Stygiæ ſtamen fregere ſorores,
Amplius hunc prohibent aëre fata frui:
Tu tamen, vt mæſtis tribuas ſolatia rebus,
Diſcutiaſq; grauem pectore triſtitiam;
Hunc peraget, Maia genito ſuadente, laborem
Chartarius, ludi gloria Felſinei.
Dixerat, & nebulas tranans Cyllenius altus,
Sacra coruſcantis iuſſa parentis agit;
Impiger ergo Dei monitis parere ſuperni
Chartarius gaudens, nobile cepit opus.
Ille hominum Mentes Mortis non regna videre,
Ille docet Mentem cuilibet eſſe ſuam.
Huc, huc, ergo oculos flectens, animumq; benignũ
Chartarij, lector, volue, reuolue librum;

Ille docet rerũ ambages, sensusq; repostos,
Et mentem obscuri pandit Aristotelis.

EIVSDEM EPIGRAMMA

PECTINE *trebicio neruis aurata canoris*
Dulcisonum reddit barbitos icta melos:
Ast vbi præcipua resonans dulcedine neruus
Frangitur, ingrato perstrepit illa sono.
Diuini Sophyæ doctoris dicta Lycei,
Iam cantum doctis dulce sonare Viris;
Ast illum quicumq; animam dixere putaße
Occidere, egregiam dißoluere lyram.
En tibi qui neruos potis est reparare solutos,
Munere Chartarius prodit Apollineo.

AD LECTORES BENEVOLOS.



ON me latet ſtudioſe Lector, nonnullos noſtrum hunc laborē minimè probaturos: immò potius ne pagina quidem perlecta libellum hunc eſſe abiecturos, ac deſiſuros; Etenim in eo ſtatim ſplendida, atq; illuſtria verba, orationiſq; ornamenta deſiderabunt: perindè ac ab eloquentiæ inſignibus cuius doctrinæ, ac facultatis vis vniuerſa pendeat, At verò ita natura, atquè ideo quorundam hominum prauitate comparatum eſt, vt quę aliquo fuco illita, & conueſtita, quibuſdamq; pigmentis colorata non fuerint, ſubito reſpuantur, atq; ſpernentur. Nec ſentiunt iſti haud in omnibus eloquentiæ lumina, atq; ornamenta decere; Et in primis à philoſo

phorum auribus, & doctrina hęc longè abhorrere, quippe qui, his nugis neglectis omne tempus, atq; ocium conterũt in cognoſcẽdę veritatis ſtudio, quæ ſincera, & hominum pigmentis minimè fucata externa ornamenta repudiat; ſed naturali ſuo nitore (tanquàm incorrupta, ac venuſtisſima virgo, quæ licet inculta ſit, maximæ tamen, & nõ artificio comparatum pulchritudinis ſplendorẽ præ ſe fert) inueſtigantibus quàm pulcherrima, & conſpiciẽda apparet. Multos prȩterea non ignoro multa etiam eſſe obloquuturos, quibus omnibus in præſentia mihi non eſt in animo reſpondere. ijs potisſimum obuius eſſe volui, qui rem primoribus (vt aiunt) labijs deguſtantes, nec eam ad viuum reſecantes, ſępius hac in re plurimum peccare ſolent. tu verò, ſtudioſe lector, omnia æqui, boniq; facito: atquè illud ſic habeto, hæc, qualiacumq;

qualiacũq; ſint me diuulgaſſe, primum
vt ſtudioſorũ cõmodi rationẽ ducerẽ, ideſt, vt ipſis ea, quantum fieri poſſit faciliora, atq; explanatiora redderẽ, quæ animaduerteram obſcura, & dificilia videri; deindè, vt Ariſt. cuius Philoſopiã iam triginta, vel amplius annos profiteor, à turpisſima ignominia, qua notatus fuerat prò virili parte vendicarem. Neq; eſt quòd quiſpiam dicat hęc, & ab alijs fuiſſe pertractata: nam non omnia, neq; eòdem ordine, neq; eadẽ ratione, qua a nobis fuerunt ab eis tradita. Igitur noſtra, ſi eo animo, quo nos illa emittimus acepta fuerint, ſperò fore, vt multis per grata accidant. Itaq; ſtudioſe lector, tu inquàm, qui ex aliorum monumentis aliquid boni excipere cõtendis ęquo animo perlegas: quod (niſi cum vana opinione deceptus) non mediocres fructus percipies.

CATALOGVS AVTHORVM, QVOrum dicta in hoc opusculo aprobantur, vel reijciuntur.

A

Anaxagoras.
Aristoteles.
Alcmeon Croton.
Auempaces Hispan.
Abubacher.
Auicenna.
Auerroes.
Alexãder Aphrod.
Albertus Magnus.

C

Caietanus Cardin.
Conciliator.
Chrysostomus Iauellus.

D

Democritus.
Diogenes.
Diuus Ioannes.
Diuus Lucas.
Diuus Matheus.
Diuus Augustinus.
Diuus Thomas.
Diuus Paulus.
Durandus.

E

Empedocles Agrigentinus.
Ægidius Romanus.

G

Gregorius Nicenus
Gregorius Arimin.
Guielmus Ocham.
Galenus.

H

Heraclitus.
Hippon.

Hippo-

Hippocrates.
Homerus.
Herueus.
Henricus.

I

Ioannes Damaſc.
Ioannes Gramat.
Ioannes Bachonita.
Ioannes Gandauen.

L

Leucippus.
Lucretius.

M

Moyſes.
Magiſter ſentent.

N

Nicenus.

O

Origenes.

P

Pythagor Samius.
Plato Proclus.
Plotinus.
Plutarchus.
Petrus Lombardus.
Plinius.
Petrus Pōpona. ſeu Peretus.
Portius.

S

Socrates.
Salomon.
Seneca.
Simplicius.
Scotus.
Simon Portius.

T

Thæmiſtius.
Theopraſtus.

IOANNIS LVDOVICI CARTARII BONON:
Medici, Philosophiq; Clarissimi,
Ac in Celeberimo Gymnasio Boñ: Philosophiam ordinariã vespertinam profitentis.

DE IMMORTALITATE ANIMAE. Tractatus Primus.





ESVS illuminatio mea sit. *Duo sunt in Philosophia naturali principalia Theoremata, quorum veritas ab omnibus eiusdẽ scientiæ amatoribus præcipuè desideratur, alterum est de Immortalitate animæ, alterum de æternitate mundi; adeò quòd si homo appetit scire, maximè hæc duo desiderat; inde est quòd ab omnibus*

Quæsita in Philosoph. quorum veritas à Philosophis præcipuè desideratur, quæ sint.

Philosophis hæc duo disputantur; In præsēti libello primum de Immortalitate animæ pertractabo; Cum autem secundum Aristotelem ipsius animæ nostræ rationalis duæ sint partes siue potentiæ, Intellectus agens, & intellectus possibilis, cum q; etiam ipsius intellectus possibilis propria operatio sit ipsum intelligere; Ideò hunc præsentem libellum in tres diuidam tractatus, in quorum primo, Aristotelis ordinem insequendo, disputabo de intellectu possibili, & peripateticè sustinebo ipsum esse à materia separatum, ac immortalem; demum demonstrabo adhuc in via Aristotelis ipsum esse numero plurificatum, & hoc præcipuè propter falsissimam, ac improbam, valde q; detestandam Auerrois opinionem, in Com. 5. Tertij Lib. de Anima, ac aliorum quorūdam recentiorum perfidè ipsum Auerroem insequentium; Tertio contra eundem declarabo ipsum intellectum possibilem esse hominis

Quæsita quæ principaliter in præsēti libello examināntur.

for-

formam substantialem, dantem illi esse, et operari; In secundo tractatu, adhuc inhærendo ordini Aristotelis, disputabo de intellectu agẽte, ipsumq́ esse partem animæ nostræ rationalis potentialem ostendam; In ultimo tractatu imponendo finem huic libello, de operatione ipsius intellectus poßibilis pertractabo, in qua quatuor explicabo quæsita; Primũ erit, An intellectio distinguatur ab intellectu nostro; Secundũ, An intellectio eiusdem obiecti in intellectu nostro sit noua, vel æterna; Tertio declarabo, An intellectio sit distincta à simulacro rei intelligibilis; Quarto, & ultimo An intellectio recepta in intellectu, dependeat à phantasmatibus in esse, & conseruari; Quibus declaratis, tota essentia animæ nostræ rationalis, iuxtà ordinem Aristotelis erit manifesta.

Aggredior itaq́ primũ quæsitum, in quo de anima rationali inquiritur, An intellectus An intellectus poßibilis sit à materia separatus

poßibilis sit separatus à materia. Quæsitum hoc ab omnibus est desideratum, sicut dicit Auerroes primo de Anima Com. 3. & 12. de quo fuit Apollinis verbum, Nosce te ipsum; & ideo Plato nos monet, Plotinus q; etiam nos hortatur, ut quàm maximè simus diligentes in eius comprobanda inseparabilitate; cum ex ea tota vitæ nostræ institutio pendeat: quod quæsitum arduum, ac perdifficile esse omnibus constat; licet eius difficultatis signum satis euidens sit varia sapientum tã antiquorum, quàm recentiorum ad inuicem discordia; inter antiquos, Pythagoras Samius sapiẽtißimus Philosophus, qui vere causam efficientem primã nouit, de qua alij quasi balbutientes loquebantur, vt testis est Aristoteles primo Metaph. loquens de intellectu, statuit ipsum immortalem, ac à materia separatum; Alcmeon Crotoniates, qui Pythagora sene existente cæpit Philosophari, vt loco

Intellectus possibilis an sit separatus à materia, est quæsitũ maxime desideratum.

Intellectus possibilis an sit separatus à materia, est quæsitũ per difficile.

Antiqui Philosophi ponẽtes intellectũ inmortalẽ qui fuerint.

allegato

allegato recitat etiam Arist. subscribens opinioni Pythagoræ, posuit ipsum immortalem esse, ac de natura Cæli, vt primo de Anima tex. 33. colligitur; Diuinus quoq; Plato, qui magna ex parte accepit philosophiam à Pythagora, vt colligitur ab Arist. *primo Metaph. idem sensit: vt etiam est ab ipso videre in Timæo, in Phædone, in 10. de legibus, vbi q; enim dixit intellectum esse uirtutem à materia separatam, perpetuum, seipsum mouentem motu spirituali; quem Platonem insequutus est discipulus eius Aristoteles;* Eiusdē *quoq; opinionis fuit Socrates, qui primus dixit vniuersale esse diffiniendū, & non singulare: de quo vniuersali est scientia, cum q; intellectus recipiat ipsum uniuersale, quod est immutabile, & ipsum immutabilem etiam statuit; Huic opinioni pariter Gregor. Nicenus, inter græcos maximus Theologus subscribit, de quo Damascenus loquens dixit,*

Antiqui Philoso- phi ponẽtes intellectũ corruptibilẽ qui fuerunt.

ego cum Gregorio Theologo consentio; Cõtrariam sententiam quàm plures alij voluere; Empedocles Agrigentinus, qui teste Plutarcho fuit omnium Philosophorũ Philosophus, Homerusq; qui eodem teste omnium poetarũ fuit poeta, de quibus Aristot. 4. Metaph. tex. 21. & Primo de Anima tex. 25. uoluerunt quod intellectus sit materiæ ĩmersus tàm in esse, quàm in operari; cum enim Empedocles poneret quatuor elementa rerũ esse principia, cum lite, & amicitia insimul, dixit animam esse sex res; Eiusdem quoq; opinionis fuerunt Democritus, et Lencippus qui ponentes athomos indiuisibiles rerum principia asseruerunt etiam animam ex illis esse cõpositam, asseruerunt etiam intellectũ esse idẽ cum sensu, et ideo Democritus laudabat Homerum dicentem, quòd Hector aliquando sapiens iacebat, mutatione enim in sensu existente, mutatio etiam erat in intellectu, vt est vi-

dere

dere ab Arist. in locis nunc vltimo præcitatis. Diogenes quoq; insequtus est hanc opinionem, qui statuens aerem rerum naturalium principium, dixit animam esse aerem; Heraclitus etiam idem sensit, qui uoluit animam esse vaporem; Hyppon dixit esse aquam; Critias statuit eam esse sanguinē, quia hæc statuebant rerum principia, de quibus fecit Arist. mentionem Primo de Anima tex. 32. quo circà omnes ij conueniunt in hoc, quòd asserunt animam esse generabilem, & corruptibilem; Quam opinionem insequti sunt quàm plures, qui literis humanioribus incubuere, vt Seneca Lib. 7. Epist. Lucretius Lib. 3. Plinius Lib. 7. Naturalis Hystoriæ, ac quàm plures alij; cuius etiam opinionis volūt Aristotelem fuisse, licet non parua sit inter græcos, de opinione Aristotelis contentio; Alexander Aphrod. uoluit ad mentem Aristotelis intellectum generabilem, & corruptibilē

fore; Inter Arabes, Auempaces Hispanus, & Abubacher magnus Philosophus idem voluerunt, ut scribit Auerroes Lib. Tertio de Anima *com. 5. Ex nostris verò recentioribus Reuerendiss. Card. Gaetanus, Petrus Pomponatius, Simon Portius eandem sensisse opinionem* Aristot. *uoluere: Ex aduerso quàm plures alij recentiores ad mentē etiā* Aristotelis *dixere, intellectum à materia esse immunem; sicuti rei veritas est; Ideò, quæ fuerit mens* Aristot. *in hoc quæsito maxima est cōtrouersia īter expositores; itaquòd potius sit diuinum, quàm humanum hoc dijudicare, iuxtà Platonis dictum in Phædone asserentis, quòd, vbi Sapientes de re aliqua dißétiunt, solius Dei esse veritatem iudicare: iuxtaq́ sententiam Diui* August. *in Tertio de Trinitate dicentis, viri pauci eruditissimi potuerunt ad animi immortalitatem peruenire; quare poterimus dicere cum Salomone in lib.*

Sapiētes cum de re aliqua dissentiunt, solius est Dei veritatē iudicare.

Ecclesiast. cap. 3. Tradidit Deus mundum disputationi eorum, vt nō inueniat homo opus quod operatus est Deus ab initio, vsq; ad finē. Huius etiam quæsiti difficultas satis manifestè apparet ex rationibus, quæ prò vtraq; sui parte possunt adduci, quæ & si quàm plures sint, hac sola ab eius operatione desumpta prò vtraq; parte arguendo, ero contentus; Quòd intellectus sit à materia separatus sic probo; Id, cuius operatio propria est separata à materia, & ipsum est à materia separatum, Sed operatio propria intellectus est à materia separata, ac à cōditionibus materiæ, nempe à quātitate, à figura, & ab alijs huiusmodi: ergo et ipse intellectus erit separatus, maior propositio est clara, cum operatio propria semper proportionetur virtuti operanti: minor etiam est nota, nam intelligere est opus propriū ipsius animæ rationalis, seu ipsius intellectus, est q; à materia separatum; Pro altera parte argumentor

Deus mūdū tradidit disputationi eorū, vt non inueniat homo opus quod operatus est Deus ab initio vsquè ad finem.

Intellectum esse æternum & mortalē, vna & eadem ratione probatur.

tor eadē ratione, Id cuius operatio propria est materialis, & ipsum quoq; est materiale, quæ propositio iam est manifesta; sed operatio propria intellectus est materialis, probatur ex Aristot. Tertio de Anima lib. dicente, Necesse est intelligentem phantasmata speculari, & ex secundo de Anima tex. 94. Molles carne apti mente, duri carne mente inepti, ex quibus verbis colligitur, intelligere quod est opus proprium intellectus permutari secundum uariam corporis temperaturam, et per consequēs esse materiale, ergo intellectus pariter erit materialis; Cum itaq; difficultas proposita pro vtraq; sui parte habeat fautores, & rationes, perobscura, ac perdifficilis redditur; enitendum est igitur ex varijs Philosophorum placitis eam ellicere sententiam, quæ fidei Christianæ, quæ est vera veritas, & quæ peripatheticæ disciplinæ, quam huc vsq; per triginta annos publicè profitēdo sū sectatus, sit cōsona.

In examinatione istius quæsiti hunc ordinem seruabo, primo vt ne in æquiuocis sit labor, explicabo titulum quæstionis, manifestãdo eius terminos; Secundo varias adducam opiniones suis rationibus ornatas; Tertio quid sit sentiendum determinabo, vltimo rationibus secus sentientium satisfaciam.

Ordo seruandus in quæstio. proposita.

Quo ad primum, titulus quæstionis est, An intellectus possibilis sit separatus à materia; Sciendum est, quod intellectus iuxtà A-rist. ac Auerrois *doctrinam Tertio de anima com. 20. quadrifariam sumitur, primo pro intellectu passiuo, qui nil aliud est quàm virtus ymaginatiua, de quo ipse* Aristoteles *in vltima parte secundi de* Anima, *iuxtà* Auerrois *sectionem pertractauit; Secũdo accipitur pro intellectu possibili, de quo* Aristot. *in Tertio de* Anima *à tex. primo vsq; ad textum 17. disputauit; Tertio pro intellectu speculatiuo, siue pro intellectu in habitu, de quo* Arist. *tex.*

Questionis titulus manifestatur.

Intellectus quadrifariã ab Arist. ac Auerroe accipitur.

Intellectus passiuus quis sit.

8. eiusdem 3. lib de anima verba habuit; vltimo capitur prò intellectu agente, de quo à Tex. 17. vsq; ad 21. eiusdem Tertij lib. de Anima loquutus est. Tot itaq; modis cum accipiatur intellectus, de primo nullus erit sermo, cum ille sit pars animæ sensitiuæ; de reliquis tribus erit nostra disputatio, et primo de intellectu potentia, seu poßibili, qui est vltimus intelligentiarum, hominiq; appropriatus qui sic dictus est, quia est omnium intellectionum capax; nullam tamen in se habens, quẽ intellectum Aristoteles quandoq; uocauit materialem, non quia sit eductus de potentia materiæ, sed quatenus habet similitudinem cum materia prima: sicut enim materia prima trã smutatur de vna forma intelligibili ad aliam formam intelligibilem, sicut etiam materia prima est capax omnium formarum materialium, sic & iste intellectus est capax omniũ formarum intelligibilium; sicut etiam mate

Intellectus posſibilis cur ſic dicatur, & cur materialis.

ria

ria prima nullam habet formam, sic & intellectus iste nullam habet speciem intelligibilem; Habito de quo intellectu sit disputatio habito etiam, quare dictus sit intellectus possibilis, & quare intellectus materialis; Secundo notandum est, quid per esse separatum sit intelligendum: quæritur enim, an intellectus possibilis sit separatus à materia; separatum à materia tripliciter potest intelligi, primo in eo significato, quo dicimus accidentia quædam esse separabilia, quædam verò inseparabilia, quomodo in præsenti non accipitur: quia talis accidentium separatio est cum interitu; Neq; est intelligendum quòd sit separatus secundũ informationẽ, ita quòd prius extiterit, quàm corpori fuerit vnitus, sicut aliqui censuere, cũ hoc non sit ad aures Peripatheticorum, quia secundum Arist. omnis forma est actus corporis vel informans, vel assistens omnis q; anima, immò quælibet intelligentia semper ali-

Separatũ à materia tribus modis dicitur.

cui

cui corpori est coniūcta, intelligatur igitur an sit separatus .s. secundum causalitatem, seù independentiā à materia, adeò quòd nō sit dependens à materia, nec extensus ad eius extēsionem, eo modo quo est anima vegetatiua, quæ diuiditur ad diuisionem plantæ, quo etiā modo est sensitiua, quæ diuiditur ad diuisionē animalis, corrumpuntur q; ambæ ad illorum corruptionem; & hoc independens, seu separatum adhuc secundum Aristot. dicitur duobus modis, vel enim quid dicitur separatū, seu īdepēdēs simpliciter, ita quòd illud tale ullo aliquo pacto versetur, circa corpus, neq; depēdeat à corpore ut subiecto, nec ut organo, nec ut obiecto, quo quidē modo intelligētiæ sūt separatæ à materia, eo quia nō sūt eductæ de potētia materiæ, nec sūt diuisibiles ad eius diuisionē, nec etiā versātur circà corpora sēsibilia, alio modo quid dicitur independēs, et separatū à materia nēpè secūdū quid, sicq; est anima rationalis, seu intel

Indepēdens dupliciter accipitur

lectus poßibilis, qui dicitur separatus à materia, ac indepēdēs, quia nō est eductus de potētia materiæ, nec diuisus ad eius diuisionem, cū nō ꝛtatur corpore ut subiecto, nec ꝛt organo, sed tantum ꝛt obiecto; quia ꝛersatur circà obiectum materiale, cum omnia quæ intelligit per modum quantitatis intelligat, egeatq; ipso sensu, qui sensus nihil absq; quantitate percipit; Cum igitur quærimus an intellectus poßibilis sit separatus à materia, quæritur an sit ab ea separatus .s. subiectiuè, idest an sit eductus de potentia materiæ, an non; iste est sensûs quæstionis; non autem quæritur, an ꝛersetur circà obiectū corporale, quia hoc est oībus euidens. Intellectum vti corpore vt obiecto, quid significet.

Vltimo est animaduertēdū, nulloq; modo est hoc prætereūdū, quòd dū disputamus de ĩmortalitate animæ, siuè de eius separatione, modo tamen declarato, id dupliciter fieri posse, aut simpliciter, & absolutè animæ naturam considerādo, ueritatemq; absolutè indagādo; aut

mentem

mentem Principis Peripatheticorum, ipsius nempè Aristot inquirendo; si primo modo quæstio proposita intelligatur, tūc quæstio proposita nulla est, cum omnibus pars affirmatiua, quòd sit īmortalis, ac separata sit manifesta ex ipso Veritatis fonte, qui Verbis, & opere eam manifestauit; Verbis quidē, quia Christus Ioan. 14. Cap. dixit, ego sum via, Veritas, & Vita, & Lucæ 12. dixit, Non terreamini ab his qui occidunt corpus, & posthæc non habent amplius quid faciant; Clarius Mathæi 10. dixit, Nolite timere eos, qui occidunt corpus, animam autem non possunt occidere; Insuper Mathæi 25. Cap. dixit, Venite benedicti patris mei, poßidete paratū Vobis regnum à constitutione mundi; Eam etiam opere confirmauit, Vt habetur ex symbolo Apostolorum, Tertia enim die resurrexit à mortuis; & ideo Magister sententiarum in fine Dist. 18. secundi Lib. rectè dixit,

Christus verbis, & opere manifestauit animam esse inmortalem.

xit, Anathematis vinculo in igne damnetur, qui dixerit, Animam eductam de potentia materiæ. Veritas igitur quæsiti propositi absolutè loquendo est manifesta; et adeò est manifesta, quòd hæc propositio, intellectus possibilis est separatus à materia, seu est immortalis, debet esse axioma, seu dignitas in Philosophia. Secundo ergo modo quæstio proposita intelligatur, & inquiramus, quid in hoc quæsito senserit Arist. seu quæ nam pars illius sit magis consona fundamentis naturalibus; & hæc pro titulo quæstionis.

Sequitur secunda pars quæstionis in qua variæ opiniones suis rationibus ornatæ sũt afferendæ; licet autẽ sint varij modi dicẽdi, prĩcipales tamen sũt tres; duo extremi, et vnus medius, ad quos oẽs alij habent reductionem. Primus modus dicendi extremus fuit Alexandri Aphord, qui insequtus antiquos secundæ classis, de quibus in initio huius quæstio Opinio Alexan.

nis, dixit, quòd intellectus possibilis erat tota substantia animæ rationalis, quæ est substantia simplex; ita quòd intellectus agens nõ est eius pars, sed ést Deus. Cuius animæ rationalis statuit duas esse potentias, intellectum, & voluntatem; quas duas potentias dixit esse separatas à materia: quia earum operationes similiter erant à materia abstractæ, cum sint circà vniuersalia. Addidit animam ipsã rationalem materiæ esse immersam, generabilẽq́, ac corruptibilem ad generationem, & corruptionem corporis. Dixit substantiam animæ rationalis esse simplicem; vt euitaret opinionem Themistÿ, et multorum aliorum Philosophorum, quæ etiam est ipsius Aristotelis, dicentis animam rationalẽ constare ex duobus principÿs. s. ex intellectu agente, & ex intellectu possibili; at Alexander oppositum sẽsit, voluitq́ totã animæ rationalis essentiã esse intellectũ possibilẽ: Intellectũ verò agentem

voluit esse Deum; quod probat in suo libro de Intellectu, præcipuè duplici ratione, prima est. Id, quod est tale per se, est causa vt cætera sint talia per ipsum, iuxtà Arist. doctrinū secundo Metaph. Sed Deus est primum intelligibile, et cætera sunt intelligibilia per ipsum, similiter intellectus agens est primū intelligibile, & cætera sunt per ipsum intelligibilia, ergo intellectus agens est Deus: Etiā quia Alexander exponens verba Aristot in tex. 19. Tertij de Anima, Intellectus agens est præstātior intellectu poßibili, quia agens est præstantius passo, dicit, quia intellectus agens est in alijs, est æternus: Intellectus verò potentiæ est corruptibilis, est eductus de potētia materiæ, & omne æternum est præstantius ipso corruptibilis quare intellectus agēs erit Deus, nequaquàm erit pars animæ nostræ rationalis, sed tota eius essentia erit intellectus poßibilis, qui est generabilis, & corruptibi-

Rationes Alex.

lis. Et hanc ſuam opinionem nititur Alexander probare tribus fundamentis: & primum colligitur ex ſua paraphraſi, & innititur in diffinitione animæ, Anima eſt actus corporis phyſici organici; tunc ſic argumentatur, omnis actus eſt finis, & terminus illius, cuius eſt actus, dicamus ſuæ materiæ; ergo anima intellectiua erit finis, ac terminus ſuæ materiæ; vlterius, omnis finis, ac terminus eſt inſeparabilis ab eo, cuius eſt finis; ergo anima intellectiua erit inſeparabilis ab ipſo corpore, cũ ſit eius finis, ergo erit corruptibilis, dicit Alexãder. Secundum eius argumentum eſt ex verbis Ariſtot. qui primo de Anima *contra Platonẽ dixit, quòd anima eſt per ſe immobilis, et per ſe ſubſiſtere non potens; ſi ſic; ergo dicit Alexander, eſt corruptibilis: aliter ſi remanet, corrupto corpore; ergo eſſet per ſe mobilis. Quòd autem anima ſit immobilis tam per ſe, quàm per accidens, eſt ſententia Ariſt. primo de*

246
mo de Anima,*contra Platonem, hoc autem & ipse* Alexander *probat in 2. lib. Quæst. Natural. cap. 2. & 10. ratione ista; si anima esset mobilis, vel secundum se totam mouetur, & sine aliqua distinctione, vel secundum vnam potentiam mouetur, & secundũ aliam non; si secundo modo, quæro de illa potentia, quæ mouetur, an moueatur à seipsa, vel ab alia, an sit immobilis: non primo modo: quia nihil à seipso mouetur: nec ab alia; quia sic esset processus in infinitum. Si immobilis; ergo corruptibilis. Nec potest dici, quòd anima moueat seipsam secundum se totam, & sine aliqua distinctione; quia hoc est contra naturam omniũ quæ mouentur, omne enim quod mouetur, quocumq; moueatur motu, sẽper recedit ab vno, et tendit ad aliud. nam omne quod mouetur localiter, recedit ab vno loco, & tendit ad alium; similiter, quod alteratur, ab vna qualitate recedit, & ad*

aliam tendit: quare, si anima sic moueretur, tunc recederet à seipsa, quòd est impoßibile; ergo erit immobilis; ergo corruptibilis. Tertio arguit adhuc ex verbis Arist. primo de anima contra Platonem ponentē in homine tres animas .s. appetitiuam in hepate, irascibilem in corde, rationalem in cerebro. Dicit Arist. contra, si in homine sunt tres animæ, ergo quilibet homo erit tria animalia: quia per animā homo dicitur animal. Similiter dicit Alex. si anima rationalis est incorruptibilis, æterna, necesse ergo est, quòd sit separata à sensitiua, quæ in homine realiter reperitur; si sic, ergo in homine duæ erunt animæ re distinctæ; ergo vnus homo erit duo animalia: nam animal per vnam formam est animal; si duæ formæ in homine, ergo vnus homo duo animalia: & hoc est absurdum deductum ab Aristotele contra Platonem. ne igitur hoc absurdum sequatur dicit Alexander, necesse est,

quòd anima rationalis sit eadem cum sensitiua; quare & ipsa erit corruptibilis, sicut & sensitiua; & hoc argumentum colligitur ab Alex. in Vltimo cap. suæ paraphrasis, sic q. ijs ductus argumentis hanc opinionem Voluit Alexander esse ipsius Aristotelis; sed falsum dicit, sicut declarabo. Hanc autem opinionē multis confirmarunt argumentis posteriores insequentes Alexandrum; & primo ex uerbis Aristotelis primo de anima Tex. 12. Et hoc argumentum erat Achilles, in quo ille Petrus Pomponatius fecit tantam Vim. Dicit Aristot. loco nunc citato; Maximè autem aßimilatur proprio intelligere; tunc addit istā conditionalem; Si autem est & hoc phantasia quædam, aut non sine phantasia, non continget Vtiq. esse sine corpore; ex quibus Verbis argumentatur sic ille Petrus, & dicit, intelligere non est phantasia; ergo non potest separari à corpore, & Rationes recētiorū insequentium Alex.

tus. Secundo sic arguunt ratione desumpta ex parte causæ efficientis; homo, qua homo generatur, & corrumpitur; ergo, & intellectus potentia generabitur, & corrumpetur; antecedens patet, quia omne corpus sublunare compositum est ex materia in potentia; ergo generatur, & corrumpitur: consequentia ad huc probatur; quia intellectus possibilis est id, per quod homo est homo; si igitur homo, qua homo generatur, & corrumpitur, ergo & intellectus potentia; quod etiam confirmant per ea, quæ dixit Arist. 2. de Gen. Anim. cap. 2. & 3. Vbi dicebat in generatione prolis marem præbere formam: Fæminam vero materiam suppeditare; sed forma hominis, qua homo est homo, est intellectus, igitur in generatione hominis mas dabit intellectum; ergo intellectus possibilis erit productus ex semine maris; ergo generabitur, & corrumpetur. hinc est, quòd secundo Phy. tex. 26. dixit

Arist.

Arist. Sol, & homo generant hominem. Tertio arguunt ex parte formæ sic, Aristot. 12. Metaph. tex. 16. ponens differentiam inter formam, & efficiens, dicit, quòd efficiẽs præcedit compositum, quod fit, at forma est simul cum composito, tunc sic, forma est simul cum eo, quod fit; ergo anima exempli gratia Socratis erit simul cum ipso Socrate, generabiturq́ simul cum ipso: aliter si non simul generaretur cum Socrate, sed perpetuò remaneret, præcederet ergo Socratem, sicq́ differentia quam ponit Aristoteles inter formam, & efficiens esset nulla. Quod adhuc confirmant ex Arist. 6. Met. tex. 2. ponente differentiam inter scientias, dicit, quòd distinguuntur ex parte rei considerata. nam Metaphysica circà omnino abstracta versatur: Naturalis philosophia circa omnino immersa: mathematica vero circà partim abstracta, & partim immersa; Sed considerare animam

intellectiuam est munus naturalis Philosophi, ergo erit materiæ immersa, & secundũ esse, & secundũ diffinitionem. quare erit corruptibilis. Vltimo, ex parte materiæ sic arguunt, & est argumentum à Scoto adductum, quod ipse colligit ex Arist. 7. Met. tex. vltimo, vbi scriptum reliquit, quòd ea, quæ remanent dissoluto corpore sunt elementa; si ergo anima intellectiua dissoluto corpore remaneret, ergo esset elementum: sed non est elementum; ergo non remanet, ergo corrupto corpore corrumpitur etiam ipsa. Hæc sunt potiora argumenta, quæ in via Arist afferruntur ab his, qui sequuntur opinionem Alex.

Cui opinioni Hippocrates, & Galenus adhærere uidentur: licet Galenus pluribus in locis fateatur se ignorare animæ essentiam; sicut est ab ipso videre in 7. de Vsu partiũ: in de Substã. fac. Nat. in 9. de decretis Hippo. & Plat. *in Lib. de Vul. resp. In 6. de morbis* Oppinio Hippoc. & Gal. ẽ conformis opinioni Alexan.

Vulgar.

vulgar. In Libel. quòd Animi mores sequantur corporis temperaturam: ac quàm pluribus aliꝭs in locis: In Libris tamen de Decre. Hip. & Plat. concludit, quòd anima intellectiua sit calor, seu temperatura: Similiter in libello, quòd Animi mores, etc. Ac *in Lib. 3. de Locis affec. modo si sic est, cum omnis complexio sit qualitas materialis, sequitur ergo, quòd anima intellectiua sit educta de potentia materiæ, ac corruptibilis, sic q̃ Galenus cum Alexandro concordat: ab ipso tamen dissentit, quia secundum Alexandrum, Anima rationalis est substantia, at secundũ Galenum est accidens, cum sit complexio, seù temperatura resultans ex quatuor qualitatibus primis. Huic etiam opinioni Empedocles subscribere videtur, qui dixit, quòd anima erat armonia non numerorum, sicut est musica, sed erat àrmonia contrariarum qualitatum sic q̃ secundum horum opinionem anima*

In quò Hip. & Gal. dissentiant ab Alex.

ma rationalis erit materialis.

Sed ista opinio est falsissima, & Aristoteli repugnans, nulloq; modo est audienda; & quòd ita sit, autoritatibus hinc indè ab Aristot. desumptis ostendo, demum rationibus naturalibus eam confuto. Sequor hunc ordinem, quia Alexander, & alij Alexandrum insequentes dixere, hanc esse Aristotelis opinionem; ideò eius dictis penitus repugnare intendo in primis probare, demum rationibus naturalibus ipsam destruam. Si Alexander tantum dixisset hanc esse suam opinionem, et eam Aristoteli non ascripsisset, tantum argumentis naturalibus vterer ad ipsam destruendam. Profectò sum sēper miratus de Alexandro, quomodo ausus fuerit hanc opinionē Aristoteli attribuere, cum Aristoteles ne verbum quidem vnum vnquàm habuerit, quòd anima sit mortalis: benè apertissimè dixit esse immortalem. Sed forsitan Alexander Confutatio opinionis Alex.

hanc opinionem Aristot. ascripsit, ut maiorē autoritatem suæ præberet opinioni. Sed ad propositum accedo, & ostendo hanc opinionē Aristot. repugnare ex eius autoritatibus. Primo est autoritas Aristot. Primo de anima tex. 65.66. Intellectus *autem videtur in nasci, vel ut communiter legitur, Intellectus autem videtur aduenire substantia quædā existens, & non corrumpi: maximè enim corrumperetur utiq; ab ea, quæ est in senio debilitate, nūc autem quemadmodum in sensorijs accidit, si enim accipiat Senex oculum iuuenis, videbit utiq; sicut et iuuenis: quapropter senium non est, quia sustinuit aliquid anima sed in quo, sicut in ebrietatibus, & infirmitatibus. Hæc sunt verba Aristot. ex quibus clarè colligitur intellectū nō senescere, nec defatigari, corpore ipso senescente, sicut faciunt sensus, immò magis vigere in senio. Addit in Tex. 66. quòd nec operationes intellectus,*

Autoritates probantes intellectum esse æternum.

quæ

quæ sunt intelligere, & speculari marcescunt; & si oppositum videatur, dicit, hoc esse alio interius corrupto. Ex quibus etiam Aristoteles infert ibi, intellectum diuinum quid esse, & impaßibilem. Quæ omnia eius dicta de intellectu poßibili sunt audienda, quod patet, quia dubitat, Si intellectus non marceßit, & remanet, cur non reminiscitur, neq; amat? constat quòd loquitur de intellectu poßibili, non autem de intellectu agente: sicuti aliqui voluere, dicētes Arist. ibi loquutū fuisse de intellectu in vniuersali, & ideò comprehendisse intellectum agentem, quod declarāt, asserentes sermonem simpliciter, & absolutè prolatum semper de nobiliori, ac de præstantiori esse audiendum, quo modo nunc est Aristotelis sermo. Qui sic dicentes non sunt audiendi, Cum reminisci, & amare, de quibus ibi Aristoteles verba facit, sint opera intellectus poßibilis, & non intellectus agentis.

Etiam secundum sic dicentes, intellectus agēs est Deus, modo quis erit adeò demens, vt dubitet, An intellectus corrumpatur ad nostri corporis corruptionem? Tanto minus sunt audiendi illi, qui asserunt Aristotelem *tantū probare intellectum ea corruptione esse incorruptibilem, quæ fit à cōtrario, qua corruptione etiā sensus ipsi sunt incorruptibiles; cum isti à vero* Aristotelis *sensu maximè recedant, quod patet, cum in primis verbis textus illius tamquàm notum assumpserit corruptionem talē intellectui minimè conuenire, qui si talli corrumperetur corruptione, maximè esset ab ea, quæ est in senio debilitate.* Amplius, *quomodo potuisset inferre, ipsum esse quid diuinum, & impaßibilem? Constat igitur* Aristotelem *manifestare intellectum non posse corrumpi ad alterius corruptionem, cum tali corruptione tātum illæ corrumpantur formæ, quæ sunt organicæ, sicq;* Aristoteles *erit concors Platoni in*

10.de Repub.probanti animam nō posse sui, nec alieno interire malo. Quam eandem sententiam secundo in ordine confirmo autoritate Aristotelis Text.82. eiusdem primi de Anima, ubi scriptum reliquit, Anima autem aliquid esse melius, & præstantius est impossibile: impossibilius autem adhuc ipso intellectu, rationabilissimum .n. est hunc antiquissimum, & dominum secundum naturam. Tertio adhuc occurit Aristot.locus in eo dē primo de Anima tex. 92.in quo hæc protulit uerba; Dubitabit autē aliquis, et de ipsius partibus, quā potētiā habeat unaquæq; in corpore: si .n. tota anima totū corpus cōtinet, cōuenit et partium unāquamquæ continere aliquid corporis: hoc aūt assimilatur impossibili: quā enim partem, aut quomodo intellectus cōtinebit, difficile est etiam fingere. Quæ Aristot.uerba manifestè significant intellectum minimè à corpore pendere. Quarto eadem confir-

matur veritas ex Arist. 2. de Anima tex. 11. dicente, ex diffinitione animæ esse manifestum aliquas partes animæ esse à corpore separabiles; Et huius afferebat rationem, dicēs, quoniam nullius corporis sunt actus Quæ Arist. verba solum de rationali verificantur, nequaquàm de vegetatiua, & sensitiua, cum hæ sint à corpore inseparabiles. Accedit quinta autoritas Aristot. clarior 2. de anima Tex. 21. De intellectu autem & speculatiua potentia nihil adhuc manifestum est addit, sed videtur aliud genus animæ esse, & hoc solum posse separari: sicut perpetuum à corruptibilis quid clarius? Ubi Philoponus notauit illud verbum (videtur) non significare dubitationem, quemadmodum Alex. exposuit, sed assertiuè esse accipiendum, & prò vt identificatur cum verbo (est) quomodo consueuit sæpius vti Aristot. Confutauit adhuc Alexandrum, qui illum textum voluit esse intelligen-

dum

dum de intellectu diuino; cùm Aristot.ibi loquatur de illo intellectu, qui est pars animæ mæ nostræ: tum quia, si sic, Aristot malè dixisset, (Nihil adhuc manifestum est,) cum omnibus pateat ipsum separari: Confutauit adhuc Philoponus Alexandrum, quod alium textum legebat, & dicebat, (videtur contingere separari.) quo modo si legatur textus, potius dicebat dubitationem, quàm assertionē, dicebat Alexander: at Philoponus notauit, quòd si eo legatur modo textus ille, quòd illud verbum (contingere) erat accipiendum prò vt idem est, cum necessario esse, & non prò uero contingenti; cum illud verbum duo illa retineat significata, vt testatur Arist. Primo Priorum. quare locus iste adductus maximi erit roboris, si rectè intelligatur, ac vt exponit Philoponus. Sexto eadem veritas manifestißimè apparet discurendo per ea, quæ docet Aristot. Tertio Lib. de Anima: ibi enim

Contingens dupliciter accipitur

in Tex. 3. docet intellectum potientiæ esse immixtum: amplius in tex. 6. & 7 lucidißimè manifestat intellectum non esse formam materialem, nec organicam, nec complexionalem, indè infert ipsum esse impaßibilem, & separatum à corpore; Nec hic audiendus est Alex. sicut rectè notatũ fuit à Io: Gram. qui Alex. istis tribus autoritatibus occurens dixit has nihil concludere, quia vult Arist. dixisse intellectũ esse immixtũ, ita, quòd posit per se subsistere, cũ natura ipsorũ miscibilium sit hæc, vt antequàm misceantur poßint subsistere, vt patet v. g. in melicrato: mel. n. prius quàm misceatur cum aqua, per se subsistit, pariter & ipsa aqua: sic quoq; dicit Alexander intellectum esse immixtum quia prius non per se subsistebat, sed simul cum corpore fuisse genitum affirmat.

Cum verò Aristot. dixit intellectum esse impasibilem, dixit Alexander hoc esse ve-

rum

rum secūdū aptitudinē: ipsum verò patti ratione corporis dicit, quia est æductus de potentia corporis. Pariter si Arist. in text.6. & 7. dixit intellectum esse separatnm à corpore, exponit Alexander Aristotelem voluisse ipsum esse separatum: idest diuersum à corpore; ideo dixit Alexander non esse inferendum ipsum esse inmortalem. Qui sic respondens non est audiendus: quia sicut dixi rectè illi Io: Gram.occurit, dicens quòd si Aristoteles uocaret intellectum separatum immixtum, impassibilem, sicut exponit Alexander, idem esset asserendum de ipso sensu, cum & ipse sensus sit separatus, immixtus, ac impassibilis, modo exposito ab Alexandro quæ tria ipsi sensui conuenire negauit Aristoteles. igitur autoritates hæ non erunt intelligendæ sicut exponit Alexander, sed verè concludent ipsum intellectum immortalem, ac æternum.

Octauo hanc intellectus immortalitatem manifestans Arist. in eodem Tertio Tex. 15. utitur his verbis, Et ipse autem, subaudias tu, intellectus est intelligibilis sicut intelligibilia; et addit, In his enim quæ sine materia sũt, idē est intelligens, & id quod intelligitur. Ex quibus colligitur intellectum esse immortalem, ac in seipsum conuerti posse, quod tantum abstractis conuenit. Accedit nono Textus 19. eiusdem tertij, in quo propriam expreßit sententiam dicens, Et hic intellectus separabilis, & impaßibilis, & immixtus. Adhuc in textu 20. magis mentem suam manifestans dixit, Separatus autem est solum hoc quod uerè est, & hoc solum immortale, & perpetuum est. Quorum verborum sententia clara hæc est, solum hic intellectus est separatus, quasi dicat, quòd intellectio spetierum, ac earundem receptio, illustratio q; phantasmatum, quæ omnia prius declarauit, hæc inquàm omnia pereunt,

indi-

indiuiduo pereunte: at intellectus solum remanet, & eius substantia est id, quòd verè est, & hoc solum immortale, et æternum est; cum sola, inquàm, eius substantia remaneat, cætera alia omnia pereant; & ideo infert, quòd post mortem non reminiscimur eorum, quæ prius intellexit intellectus; afferens q; huius rationem dicit. Passiuus enim intellectus corrumpitur, sine quo nihil intelligit anima. Quæ Aristot. verba si rectè perpendantur, intellectus æternitatem quàm optimè quilibet colligere poterit. Quæ eadem æternitas confirmatur adhuc ex Arist. 12. Met. Tex. 17. & hæc erit in ordine vndecima; Dicit ibi, Si autem aliquid manet, posterius perscrutandum est, In quibusdam enim nihil prohibet, vt si est immortale, non omnis, sed intellectus, omne namq; impoßibile forsan; In quo textu cum dicat, Nihil prohibere intellectum remanere, sequitur de neceßitate intellectum es-

se æternum, cum in æternis non differant esse, & posse; & ideò in textu 38. eiusdem 12. Met. scriptum reliquit, Nos in fœlicitate pendere ab eo, à quo pendet cœlum, & vniuersa natura. Præterea Aristot. 2. de Gener. Animal. Cap. 3. & hæc erit duodecima autoritas clarissima: dixit, quòd sola mẽs extrinsecus aduenit: aliæ vero vt vegetatiua, & sensitiua ex semine deducuntur si ergo sola mens extrinsecus accedit, ergo est separata à materia, ac incorruptibilis. Vltimo si discurramus per ea, quæ in lib. moral. efficacissimis Aristoteles confirmauit rationibus, hãc aĩæ rationalis æternitatẽ, quàm optimè cõfirmabimus; ibi Aristot. cõstituit homini animal diuinũ suorũ operũ; ibidẽ asserit hominẽ esse cõnumerandũ inter viuentia, secundũ diuinã partẽ. Primo Polit. Cap. 2. dicit, Hominem, qui in societate communi nequit viuere, non esse partem ciuitatis, sed aut Deum, aut

bel-

beluam esse: Polit. 7. affirmat dominam, & inuictam esse animam. omnes hæ autoritates confirmant ea omnia, quæ grauioribus sententijs de immortalitate animæ locis proprijs manifestauit; quare hanc fuisse eius mētem absq; dubio est asserendum. Si enim dum loquutus est de animæ nostræ origine, de eius q; fine, de eius quoq; post mortem remanentias ac de eius opere, immortalitatem, ac diuinitatem eius semper manifestauit. Si etiam Aristoteles subscripsit Platoni hanc animæ rationalis æternitatem comprobanti, nunquàm uero ipsum impugnauerit: semper autem quando sibi datur occasio, vt ipsum reprehendat, acriter ipsū impugnat. igitur ex oībus his colligere licebit, ipsū in prædicta cōclusione à suo præceptore nequaquā recessisse; hanc q; fuisse eius mētē prò cōperto ab oībus erit censendū.

Sed statim quis dicet, attendas quòd Alex. *satisfacit omnibus istis autoritatibus: non* Euasio Alexādri prima.

enim

enim debes credere quòd Alexander, qui fuit Aristotelis expositor tam famosus non viderit has autoritates. Dico quòd ita est, sed male illis respondet, & quòd ita sit, ostendo, afferendo eius solutiones. Alex. vt possit omnibus his autoritatibus occurere, præmittit duo fundamenta, quorum primum est, quòd intellectus possibilis dupliciter consideratur, vno modo materialiter, seu quo ad eius substantiā alio modo formaliter, seu quo ad eius potētiā, & quatenus est intelligens, intellectus possibilis primo modo sumptus est pendens à materia, & corruptibilis: at sumptus formaliter, seu quo ad eius potentiam ad actum intelligendi, est immaterialis, & separatus; cū & eius obiectum sit à materia seiunctum. Quo fundamento Alex. satisfacit omnibus autoritatibus adductis, præter vndecimam, & duodecimam, dicit q̃ Aristotelem omnibus illis in locis loqutum fuisse de intellectu formaliter,

Intellectus possibilis dupliciter considera tur secūdum Alexan.

seu

seu quo ad eius potentiam: eius enim potentia à materia est separata, æterna, ac incorruptibilis: non autem sunt audiendæ illæ autoritates de intellectu materialiter sumpto, seu quo ad eius substantiam, cum illius substantia sit materialis, & corruptilis. Secundum eius fũdamentum, quo diluit vltimas duas autoritates adductas ex 12. Met. tex. 17. & ex. 2. de Gen. Animal. *cap. 3. est hoc, quòd ibi Aristot. loquutus est de* Intellectu *agente, qui intellectus agens est Deus; ideò, si ibi tribuit æternitatem intellectui, eam dicit Alex. tribuisse intellectui agenti, hoc est Deo.*

Euasio secunda Alex.

Quæ eius dicta à veritate peripatetica recedere declaro; Et accipio primo eius primũ fundamentum, in quo dicit, quòd intellectus sumptus materialiter, ac prò eius substãtia est corruptibilis: at formaliter prò eius potentia, est æternus: contra, quid nam est ista potentia, quam dicit ipse esse incorruptibilem; est ne

Impugnatio primæ euasionis Alex.

Quid intelligat Alexan. per potẽtiam intellectus.

substantia,

substantia, vel qualitas, vel respectus, seu relatio? oportet hoc scire, si volumus rectè hãc opinionem confutare. Duo sunt modi èxponendi, Primus est Auerrois Tertio de Anima Com. 5. & 14. qui dixit, quòd illa potentia non est quid absolutum: quia non est substantia, nec qualitas: sed est quædam relatio illius substantiæ ad intellectionem ipsã: potentia enim semper reffertur, quæ relatio est spiritualis, & hoc probatur; supposito hoc fũdamento, quòd omnis relatio specificatur à suo termino; tunc sic, terminus illius relationis est spiritualis: ergo & ipsa relatio erit spiritualis: antecedés probatur, nã intellectio est illius terminus, quæ ĩtellectio est spiritualis, cũ sit circà vniuersalia: ergo et illa potẽtia, cũ sit relatio, erit spiritualis, eritq; æterna per se: si uerò corrũpatur, hoc erit per accidés, ratione .s. substãtiæ, cui inest talis potẽtia. Cõtrà hunc modũ argumẽtor, et ostẽdo Arist. repugnare

Expositio Auerrois.

Confutatio expositionis Auerrois.

primo

primo data eius veritate, sequetur Arist. non manifestasse intellectum, sed habitudinem, seu relationem illam ad actum intelligendi, quod est absurdum dicere, & Aristot. repugnans. Amplius omnis relatio magis insequitur naturam fundamenti, quàm obiecti: cum autem fundamentum illius sit materiale per Alexandrum, ergo & illa potentia pariter erit censenda materialis; & per consequens corruptibilis. Insuper quî fieri potest, ut aliqua opatio sit penitus à materia separata: uirtus uero operãs sit materiæ ĩmersa? hoc equidẽ est ĩpossibile: quia operatio sẽper debet proportionari uirtuti operãti; si ergo aĩæ substãtia est materiæ immersa, ergo et eius operatio, nẽpè intellectio erit materialis, vel è cõtra; si opatio est à materia separata, ergo et ipsa aĩæ substãtia: aliter sequetur quòd operatio erit abstractior virtute operante, quod est ĩpossibile, quare iste modus exponendi erit falsus. Ideò fuit

Expositio Pomponatij. secundus modus exponendi, illius Petri Pomponatij, qui dixit illam potentiam nil aliud esse, quàm qualitatem quandam de secunda spetie qualitatis coextensam cum substantia animæ rationalis, diuisibilemq; ad eius diuisionē. Cuius ratio est, dicit ipse, quia talis potentia est in materia per modum quantitatiuum: licet demum habeat operationes separatas à materia, quæ sunt actus intelligendi, & actus volendi, quæ operationes nequaquàm sunt coextensæ cum substantia intellectus per modum quantitatiuum; nec etiam generantur, & corrumpuntur cum substantia intellectus. Hāc q; suam expositionem ipse Pomponatius declarat exemplo sumpto à Theologis, sicut enim Thomistæ dicunt in substantia indiuisibili posse fundari qualitates diuisibiles, sic non debet esse alicui mirum aliquod indiuisibile posse fūdari in subiecto diuisibili: nam in anima rationali, quæ est indiuisibilis fundantur eius potentiæ.

tentiæ, quæ sunt qualitates de secunda specie, ex sui q; natura diuisibiles dicunt Thomistæ: sic è contra dicit iste Pomponatius, operationes, intellectus poßibilis, nempè actus intelligendi, & actus uolendi, qui actus non sunt co extensi cum substantia ipsius intellectus, immò sunt indiuisibiles; non erit inconueniens, quòd fundentur in potentia intellectus, quæ potentia est qualitas secundæ spetiei qualitatis diuisibilis ad diuisionem substantiæ animæ rationalis. Insuper, sicut dicit D. Thomas in 16. Opusculo contra Auerroistas non esse inconueniẽs, quòd in substantia generabili, & corruptibili fundetur virtus spiritualis, et abstracta, vt patet de magnete ferrum attrahẽte: ita dicit iste Pomponatius non est inconueniens, quòd in substantia intellectus, quæ est generabilis, & cotruptibilis fundetur ista potentia, quæ est qualitas secundæ spetiei diuisibilis ad diuisionem substantiæ intellectus, re-

cipiat tamen operationem indiuisibilem .s. actum intelligendi, & actum volendi; sic exponit iste Pomponatius positionem Alexan. Sed ista expositio est falsissima, cum contradicat Alexandro, cum etiam in verbis implicet: quòd contradicat Alexandro ostendo. Nam Alex. 7. Phy. com. 20. prò vt refert Auerroes, dixit qualitates secundæ speciei non esse distinctas à suo fundamento: naturalis enim potentia non est qualitas dicit Alexander: similiter nec naturalis impotentia: sed sunt idem cum suo fundamento; igitur secūdū mentē Alexan. ista potentia substantiæ animæ rationalis non erit qualitas, nec res distincta ab eius substantia: immò illa potentia erit ipsa met substantia animæ rationalis. Quòd autem qualitates de secunda spetie qualitatis sint eædem cum suo fundamento, declarauit ibidem Auerroes ad mentem Alexandri, per Aristot. verba, dicentis in tertia spe-

Confutatio expositionis Pōponatij.

tie qualitatis, nempè in paßionibus, & paßibilibus qualitatibus tantum fore alterationem: quam conclusionem sic probabat Arist. quia nec in prima, nec in quarta spetie qualitatis est per se alteratio: ergo tantum in tertia. Instat tunc Alexander ibi, vt refert Auerroes, ratio Aristotelis est insufficiens, cum omittat secundam spetiem: respondet Alexand. illam omißisse Aristot. quia erat notum qualitates secundæ spetiei non esse qualitates, sed esse easdem cum suo fundamento, cuius sunt qualitates; Idcircò Aristot. non curauit probare in secunda spetie qualitatis non esse alteratioñe; cuius secundæ spetiei in prædicamentis meminit; ratio est: quia, & si secundum rem non sint qualitates, sunt tamen secundũ dici, seu secundum modum prædicandi; cum prædicentur per modum qualis: seu secundum Auerroem, non sunt qualitates, nisi secundum famositatem, prò vt ab ipso colligitur

Qualitates secundæ spetiei secundũ rem non sunt qualitates.

Quomodo sint qualitates.

5. Met. com. 19 nequaquam secundũ rem. Amplius, dato, quòd illa potentia animæ rationalis esset qualitas; cum iuxtà Alex. sit qualitas rei materialis, de necessitate sequetur quòd ipsa etiam sit materialis, quod tamen ipse negat. Quòd Pomponatius implicet in uerbis; & hoc fuit secundum in ordine declarãdum, ostendo. Dicit ipse potentiam animæ rationalis, quæ est qualitas, esse diuisibilem ad diuisionem animæ: eius uero operationes, quæ sunt intelligere & velle non esse diuisibiles affirmat; cum illæ operationes non sint extẽsæ per modum quantitatiuum: contra sic argumentor, operatio debet semper proportionari virtuti operanti: & è contra, virtus ipsi operationi, si sic, ergo implicat Pomponatius, dum dicit, virtutem operãtem esse diuisibilẽ, operationem minimè: operatio enim non potest esse abstractior virtute operante. Amplius, implicat Pomponatius in suis dictis, dum

Implicat in suis dictis Pomponat.

Operatio proportionatur virtuti operanti, & è contra.

affirmat operationes intellectus, quæ sunt intellectio, et uolitio, indiuisibiliter recipi in substantia animæ, quæ substantia animæ est diuisibilis. Nam quæram ab ipso, an illæ operationes recipiantur in tota animæ substantia, an in aliqua tantum eius parte, an in puncto indiuisibili: si primum dicat, sequitur ergo, quòd illæ operationes erunt coextensæ cum essentia ipsius animæ; & per consequens erunt diuisibiles: sicut & animæ essentia est diuisibilis, ut ipse concedit. Si uerò recipiantur tantum in aliqua eius parte, ergo similiter illi parti erũt coextensæ; sic q; etiam erunt diuisibiles ad diuisionem illius partis, & per consequens modo quantitatiuo recipientur illæ operationes in potentia ipsius animæ; quòd tamen negat Alexander. Si tertio modo dicat, quòd recipiantur in puncto indiuisibili: contra quærã, cur magis recipiantur in illo puncto quàm in alio illæ operationes? in illa enim potentia sunt in-

enim debes credere quòd Alexander, qui fuit Aristotelis expositor tam famosus non viderit has autoritates. Dico quòd ita est, sed malè illis respondet, & quòd ita sit, ostendo, afferendo eius solutiones. Alex. vt possit omnibus his autoritatibus occurere, præmittit duo fundamenta, quorum primum est, quòd intellectus possibilis dupliciter consideratur, vno modo materialiter, seu quo ad eius substantiã alio modo formaliter, seu quo ad eius potẽtiã, & quatenus est intelligens, intellectus possibilis primo modo sumptus est pendens à materia, & corruptibilis: at sumptus formaliter, seu quo ad eius potentiam ad actum intelligendi, est immaterialis, & separatus; cũ & eius obiectum sit à materia seiunctum. Quo fundamento Alex. satisfacit omnibus autoritatibus adductis, præter vndecimam, & duodecimam, dicit q̃, Aristotelem omnibus illis in locis loqutum fuisse de intellectu formaliter, seu

Intellectus possibilis dupliciter considera tur secũdum Alexan.

ſeu quo ad eius potentiam: eius enim potentia à materia eſt ſeparata, æterna, ac incorruptibilis: non autem ſunt audiendæ illæ autoritates de intellectu materialiter ſumpto, ſeu quo ad eius ſubſtantiam, cum illius ſubſtantia ſit materialis, & corruptilis. Secundum eius fũdamentum, quo diluit vltimas duas autoritates adductas ex 12. Met. tex. 17. & ex 2. de Gen. Animal. cap. 3. eſt hoc, quòd ibi Ariſtot. loquutus eſt de Intellectu agente, qui intellectus agens eſt Deus; ideò, ſi ibi tribuit æternitatem intellectui, eam dicit Alex. tribuiſſe intellectui agenti, hoc eſt Deo. Euaſio ſecunda Alex.

Quæ eius dicta à veritate peripatetica recedere declaro; Et accipio primo eius primũ fundamentum, in quo dicit, quòd intellectus ſumptus materialiter, ac prò eius ſubſtãtia eſt corruptibilis: at formaliter prò eius potentia, eſt æternus: contra, quid nam eſt iſta potentia, quam dicit ipſe eſſe incorruptibilem; eſt ne Impugnatio primæ euaſionis Alex. Quid intelligat Alexan. per potẽtiam intellectus.

ſubſtantia,

substantia, vel qualitas, vel respectus, seu relatio? oportet hoc scire, si volumus rectè hāc
Expositio Auerrois. *opinionem confutare. Duo sunt modi exponendi, Primus est Auerrois Tertio de Anima Com. 5. & 14. qui dixit, quòd illa potentia non est quid absolutum: quia non est substantia, nec qualitas: sed est quædam relatio illius substantiæ ad intellectionem ipsā: potentia enim semper reffertur, quæ relatio est spiritualis, & hoc probatur; supposito hoc fūdamento, quòd omnis relatio specificatur à suo termino; tunc sic, terminus illius relationis est spiritualis; ergo & ipsa relatio erit spiritualis: antecedēs probatur, nā intellectio est illius terminus, quæ ītellectio est spiritualis, cū sit circà vniuersalia; ergo et illa potētia, cū sit relatio, erit spiritualis, eritq́ æterna per se: si uerò corrūpatur, hoc erit per accidēs, ratione .s. substātiæ, cui inest talis potētia.*
Confutatio expositionis Auerrois. *Cōtrà hunc modū argumētor, et ostēdo Arist. repugnares*

primo

primo data eius veritate, sequetur Arist. non manifestasse intellectum, sed habitudinem, seu relationem illam ad actum intelligendi, quod est absurdum dicere, & Aristot. repugnans. Amplius omnis relatio magis insequitur naturam fundamenti, quàm obiecti: cum autem fundamentum illius sit materiale per Alexandrum, ergo & illa potentia pariter erit censenda materialis; & per consequens corruptibilis. Insuper quî fieri potest, ut aliqua operatio sit penitus à materia separata: uirtus uero operãs sit materiæ ĩmersa? hoc equidẽ est ĩpossibile: quia operatio sẽper debet proportionari uirtuti operãti; si ergo aĩæ substãtia est materiæ immersa, ergo et eius operatio, nẽpè intellectio erit materialis, vel è cõtra; si operatio est à materia separata, ergo et ipsa aĩæ substã tia: aliter sequetur quòd operatio erit abstractior virtute operante, quod est ĩpossibile, quare iste modus exponendi erit falsus. Ideò fuit

Expositio Pomponatij. ſecundus modus exponendi, illius Petri Pomponatij, qui dixit illam potentiam nil aliud eſſe, quàm qualitatem quandam de ſecunda ſpetie qualitatis coextenſam cum ſubſtantia animæ rationalis, diuiſibilemq; ad eius diuiſionē. Cuius ratio eſt, dicit ipſe, quia talis potentia eſt in materia per modum quantitatiuum: licet demum habeat operationes ſeparatas à materia, quæ ſunt actus intelligendi, & actus volendi, quæ operationes nequaquàm ſunt coextenſæ cum ſubſtantia intellectus per modum quantitatiuum; nec etiam generantur, & corrumpuntur cum ſubſtantia intellectus. Hăc q; ſuam expoſitionem ipſe Pomponatius declarat exemplo ſumpto à Theologis, ſicut enim Thomiſtæ dicunt in ſubſtantia indiuiſibili poſſe fundari qualitates diuiſibiles, ſic non debet eſſe alicui mirum aliquod indiuiſibile poſſe fūdari in ſubiecto diuiſibili: nam in anima rationali, quæ eſt indiuiſibilis fundantur eius potentiæ,

tentiæ, quæ sunt qualitates de secunda specie, ex sui q; natura diuisibiles dicunt Thomistæ: sic è contra dicit iste Pomponatius, operationes, intellectus possibilis, nempè actus intelligendi, & actus uolendi, qui actus non sunt co extensi cum substantia ipsius intellectus, immò sunt indiuisibiles; non erit inconueniens, quòd fundentur in potentia intellectus, quæ potentia est qualitas secundæ spetiei qualitatis diuisibilis ad diuisionem substantiæ animæ rationalis. Insuper, sicut dicit D. Thomas in 16. Opusculo contra Auerroistas non esse inconueniēs, quòd in substantia generabili, & corruptibili fundetur virtus spiritualis, et abstracta, vt patet de magnete ferrum attrahēte: ita dicit iste Pomponatius non est inconueniens, quòd in substantia intellectus, quæ est generabilis, & corruptibilis fundetur ista potentia, quæ est qualitas secundæ spetiei diuisibilis ad diuisionem substantiæ intellectus, re-

cipiat tamen operationem indiuisibilem .s. actum intelligendi, & actum volendi; sic exponit iste Pomponatius positionem Alexan. Sed ista expositio est falsissima, cum contradicat Alexandro, cum etiam in verbis implicet: quòd contradicat Alexandro ostendo. Nam Alex. 7. Phy. com. 20. prò vt refert Auerroes, dixit qualitates secundæ spetiei non esse distinctas à suo fundamento: naturalis enim potentia non est qualitas dicit Alexander: similiter nec naturalis impotentia: sed sunt idem cum suo fundamento; igitur secũdũ mentẽ Alexan. ista potentia substantiæ animæ rationalis non erit qualitas, nec res distincta ab eius substantia: immò illa potentia erit ipsa met substantia animæ rationalis. Quòd autem qualitates de secunda spetie qualitatis sint eædem cum suo fundamento, declarauit ibidem Auerroes ad mentem Alexandri, per Aristot. verba, dicentis in tertia spe-

Confutatio expositionis Pōponatij.

tie qualitatis, nempè in paßionibus, & paßibilibus qualitatibus tantum fore alterationem: quam conclusionem sic probabat Arist. quia, nec in prima, nec in quarta spetie qualitatis est per se alteratio: ergo tantum in tertia. Instat tunc Alexander ibi, vt refert Auerroes, ratio Aristotelis est insufficiens, cum omittat secundam spetiem: respondet Alexand. illam omißisse Aristot. quia erat notum qualitates secundæ spetiei non esse qualitates, sed esse easdem cum suo fundamento, cuius sunt qualitates; Idcircò Aristot. non curauit probare in secunda spetie qualitatis non esse alteratiōē: cuius secundæ spetiei in prædicamentis meminit; ratio est: quia, & si secundum rem non sint qualitates, sunt tamen secundū dici, seu secundum modum prædicandi; cum prædicentur per modum qualis: seu secundum Auerroem, non snnt qualitates, nisi secundum famositatem, prò vt ab ipso colligitur

Qualitates secundæ spetiei secundūm rem non sunt qualitates.

Quomodo sint qualitates.

5. *Met. com. 19 nequaquam secundū rem. Amplius, dato, quòd illa potentia animæ rationalis esset qualitas; cum iuxtà Alex. sit qualitas rei materialis, de necessitate sequetur quòd ipsa etiam sit materialis, quod tamen ipse negat. Quòd Pomponatius implicet in uerbis; & hoc fuit secundum in ordine declarādum, ostendo. Dicit ipse potentiam animæ rationalis, quæ est qualitas, esse diuisibilem ad diuisionem animæ*: eius *Vero* operationes, *quæ sunt intelligere & velle non esse diuisibiles affirmat; cum illæ operationes non sint extēsæ per modum quantitatiuum*: contra *sic argumentor, operatio debet semper proportionari Virtuti operanti: & è contra, Virtus ipsi operationi; si sic, ergo implicat Pomponatius, dum dicit, Virtutem operātem esse diuisibilē, operationem minimè*: operatio enim non potest esse abstractior Virtute operante. Amplius, implicat Pomponatius in suis dictis, dum

Implicat in suis dictis Pomponat.

Operatio proporcionatur virtuti operanti, & è contra.

affirmat

affirmat operationes intellectus, quæ sunt intellectio, et uolitio, indiuisibiliter recipi in substantia animæ, quæ substantia animæ est diuisibilis. Nam quæram ab ipso, an illæ operationes recipiantur in tota animæ substantia, an in aliqua tantum eius parte, an in puncto indiuisibili: si primum dicat, sequitur ergo, quòd illæ operationes erunt coextensæ cum essentia ipsius animæ; & per consequens erunt diuisibiles: sicut & animæ essentia est diuisibilis, ut ipse concedit. Si verò recipiantur tantum in aliqua eius parte; ergo similiter illi parti erũt coextensæ; sic q̃ etiam erunt diuisibiles ad diuisionem illius partis; & per consequens modo quantitatiuo recipientur illæ operationes in potentia ipsius animæ; quòd tamen negat Alexander. Si tertio modo dicat, quòd recipiantur in puncto indiuisibili: contra quærã; cur magis recipiantur in illo puncto quàm in alio illæ operationes? in illa enim potentia sunt in-

finita puncta; cum sit ipsi corpori coextensa; Istius nullam potest affere rationem; ergo modus iste exponendi datus à Pomponatio erit falsus; falsa quoq; erit prima solutio Alexandri qua respondet autoritatibus adductis.

Confutatur secũda solutio, sen secundum Alex. fũdamentum.

Falsa insuper est secunda solutio, seu falsũ est secundum eius fundamentum, quo occurit duabus ultimis autoritatibus, quod declaro. Dicebat Alex. in illis duobus locis præallegatis Aristotelem loquutum fuisse de intellectu agente, qui secundum ipsum Alexand. erat Deus: non autem de intellectu poßibili. Primo ipse Alexander in via Aristotelis deficit, dum asserit intellectum agentem esse Deum; cum Aristoteles Tertio de Anima tex. 17. probet intellectum agentem esse partem animæ nostræ rationalis: eumq; magis deficere in hac sua positione dilucidius patebit infrà dum disputabimus,

De intellectu agẽte nequaquàm locutus est Arist 2. de Gen. Ani. cap. 3. nec in 12. Met. c. 17.

an intellectus agens sit Deus: quare hoc nunc omittatur: & declaremus Aristotelem in duobus locis præallegatis nempe in 12. Met. tex. 17. & 2. de Gen. Animal. cap. 3. non fuisse loquutum de intellectu agente, ut dicit Alex. sed eius verba fuisse de intellectu possibili; quòd hac ratione ostendo; Arist. ibi loquitur de illo intellectu, qui est hominis forma: at intellectus, qui est hominis forma, nō est intellectus agens, cum per ipsum Alexandrum talis intellectus sit Deus: sed est intellectus possibilis: ergo de intellectu possibili ibi Aristoteles loquetur; maior propositio istius rationis colligitur ex verbis Aristotelis ibi in tex. 16. præcedenti; vbi comparando causam efficientem ipsi formali dicebat in hoc differe: quia causa efficiens præcedit cōpositū causatum: at forma simul tempore est cum cōposito causato, demū in Tex. 17. subsequē ti subdit. Si aūt aliquid manet, posterius est

Intellectus agēs non est hominis forma per Alexan.

perscrutandum: in quibusdam autem nihil probibet, ut si est anima tale; non omnis: sed intellectus. Ex quibus verbis colligitur, sermonem Aristot. esse de illo intellectu, qui est hominis forma: quare expositio Alexan. est falsa. Quod adhuc confirmatur, cum sua expositio repugnet Arist. 2. de Gen. Animal. dicenti, (Sola mens extrinsecus aduenit,) sed hoc nomen (mens) in doctrina Aristot. solum significat intellectum poßibilem, qui omnium est capax intellectionum, si sic, nomine igitur (mentis) non poterit Alex. exponere intellectum agentem; Accedit, quòd ratio per quam Aristot. ibi probat animam rationalem extrinsecus accedere, verificatur ne dum de intellectu agente, sed etiam de intellectu poßibili, ergo eius uerba etiam erunt de eo audiēda; Ratio Aristotelis fuit hæc; operatio animæ rationalis non communicat corpori, ergo extrinsecus aduenit; Similiter dicam, operatio

Mentis nomine quid sit intelligēdū in via Arist.

intelle-

intellectus pòßibilis corpori non communicat, ergo intellectus poßibilis extrinsecus accedit; ecce quòd Aristot. ratio non magis cogit de intellectu agente, quàm de intellectu poßibili, ergo non magis de vno, quàm de alio verba illa erunt intelligenda; magis tamen laudo, quòd illa Aristot. uerba intelligantur de intellectu poßibili, hac ductus ratione; Quia Aristot. ibi loquitur de illo intellectu, qui terminat generationem hominis, sed intellectus agēs minimè terminat generationem hominis, cū hoc tantum conueniat intellectui poßibili, ergo de intellectu poßibili verba Aristot. principaliter erunt audienda; maior propositio satis est clara ex verbis Aristotelis, ibi, Nam dubitat an omnis anima ex semine educatur, adeò quòd generetur ex materia à virtute generatiua seminis maris; dicit (an omnis anima) quia tres sunt animæ, uegetatiua, sēsitiua, & rationalis; Soluendo dicit, quòd anima rationalis

Intellectus poßibilis est qui terminat hominis generationem, & non intellectus agens.

tionalis non educitur ex semine, sed extrinsecùs accedit; ex quibus verbis apertè colligitur Aristotelem loqui de intellectu, qui terminat generationem hominis, qui nullo modo est intellectus agens, ut satis unicuiq; constat, quare etiam unicuiq; satis erit euidens Alexandri responsiones nullius esse roboris, & per consequens eius positionem de mente Aristot. esse falsam; Quòd adhuc magis declaro arguendo contra illam triplici via; (in rei enim veritate talis positio non potest tueri,) Argumentor itaq; primo ex natura operantis; sed reuoco ad memoriam eius positionem; Dixit Alexander intellectum quo ad eius substantiam sumptum esse corruptibilem, incorruptibilem verò asseruit sumptum formaliter, seu quo ad eius potentiam ad actum intelligendi; Contra sic argumentor, Anima rationalis abstrahit à motu, ergo abstrahit à tempore, valet consequentia, cum tempus sit mensura

Confutatur positio Alex. rationibus.

Rationes quibus probatur animam esse immortalē.

motus,

motus, vt habetur 4. Physic. si sic, ergo anima rationalis est æterna, quæ consequentia adhuc valet, cum omne corruptibile tempori subijciatur, vt ibidem 4. Physic. habetur, ergo quod tempori non subijcitur erit æternum; Prætereà natura non procedit ab extremo ad extremum sine medio, sed seruat ordinem, primo facit elementa, deindè mixta; sequuntur demum ipsa animata, deindè animalia, vltimo hominem facit; quo stante sic arguo, in natura datur forma penitus abstracta, sicuti sunt intelligentiæ, datur forma penitus materiæ immersa, tàm in esse, quàm in operari, quemadmodum est vegetatiua, & sensitiua, ergo debet dari forma, quæ medio se habeat modo, quæ sit partim immersa, partim à materia abstracta, quo modo est intellectus noster, qui secundum esse est à materia abstractus, cum non

cum non vtatur organo corporeo, immersus verò quo ad operari, cum egeat ipso corpore, vt obiecto, cum igitur intellectus noster secundum esse sit à materia seiunctus, igitur secundum eius esse erit æternus; Amplius, si intellectus secundum sui esse esset materialis, cur igitur Aristoteles separatim non tractauit de intellectu, & intelligibili, idest de instrumento intellectus, ac de eius obiecto, sicut separatim scripsit lib. de sensu, & sensili, idest de instrumentis sensuum, deq; eorum obiectis, Huius nulla alia est ratio, nisi quia intellectus, est immaterialis secundum sui esse, ac inorganicus, sensus verò è contra, secundum sui esse est materialis, & organicus; Insuper sic argumẽtor, & hæc fuit ratio D. Thomæ 2. contra Gentiles; dicit duplex est genus potentiæ in natura alterum sensibile, alterum intelligibile, seù spirituale, tunc sic arguit, sicut in genere sensibilium id quod est summa potentia est

æternum,

æternum, ſic & in genere intelligibilium, id quod eſt ſumma potentia erit æternum, at hoc tale eſt anima rationalis, ergo ipſa erit æterna; prima conſequentia valet, quia natura ſemper eſt magis ſolicita de perfectiori, quàm de minus perfectos. Amplius, ſecunda via ex natura operantis deſumpta arguo ſic; intellectio eſt à materia ſeiuncta, ergo & virtus operãs, quæ eſt intellectus, erit talis, valet conſequentia, quia operatio debet ſemper proportionari virtuti operanti, & è contra, virtus operans proportionata eſſe debet ipſi operationi, ſi igitur intellectio eſt inmunis à materia, igitur & virtus operans, quæ eſt intellectus erit quoq; à materia ſeparatus, & per conſequens æternus; Amplius, ſi intellectus ſecundũ eius ſubſtantiam eſſet materialis, vt dicit Alexand. nulla tunc eſſet differentia inter ſubſtantiam ſenſus, & intellectus, ſed hoc affirmare, eſt Ariſtot. repugnare, qui ſeparauit ſenſum ab intellectu

tellectu in hoc, quòd sensus est materialis, & ideo vtitur organo corporali, minimè intellectus; Insuper tertia via ex parte finis animæ rationalis desumpta argumentor sic; Finis animæ rationalis secundum Aristotelem 10. Ethic. & clarius secundum Auerroem 12. Met. est ipsa fœlicitas, quæ est duplex, vna actiua, quæ consistit in virtute morali, & præcipuè in maxima virtute, quæ est prudētia, alia est contemplatiua, quæ est hominis vltima fœlicitas, in qua ordinatur fœlicitas actiua tamquàm belum in pacem, motum in quietem, quæ vltima hominis fœlicitas, & quæ est finis animæ rationalis; consistit sicut dicit Auerroes in cognitione intuitiua primi entis, ac substātiarū separatarū, si sic, aīa ergo nostra rationalis erit forma separata à materia, ac ab eius cōditionibus, igitur æterna; Amplius, si anima nostra rationalis esset caduca, lōgè vtiq̃ miserabilior esset hominis vita, quàm bruti,

Finis animæ rationalis sm Arist. quis sit.

Fœlicitas dupl.

Fœlicitas vltima hominis in quo cōsistat.

quod

quod dicere, maximè est absurdũ Et hoc fuit argumẽtũ D. Thomæ, cõsequẽtia probatur, nã cũ homo inter cætera animalia sui ĩmortalitatem quantum potest desideret, si igitur ea careret, quàm maximè angustiaretur, qua tristitia animalia bruta sunt expertia, cum etiã careant illo fine, sic q; hominis vita quàm bruti esset miserabilior. Quibus argumentis omnibus rectè sentientibus quàm maximè patet, quantum à veritate recedat Alexander; recedatq; ille Pomponatius ipsium insequutus; Quod ad huc clarius reddetur, si confutabimus aliorum recentiorum dicta; insequentiũ hanc Alexandri positionem, inter quos fuit Reuerendiss. Cardinalis Caietanus, qui sustinens hanc Alexandri positienem (ad mentẽ tamen Arist.) uidẽs q; illam tot difficultates pati, conatur alia via illas euitare, & soluere Dicit q; Aristotelem sibi ipsi aduersari, ac cõtradicere, dũ animæ rationalis naturam nobis manife-

Anima rationalis si esset caduca, miserabilior vtiq; esset vita hominis quàm bruti.

Solutio Cardin. Caietani prò Alex.

Confutatio.

manifestat: Quæ expositio non est approbanda, cum totum oppositum pateat ex rationibus adductis contra Alexandrum, magis q́; euidens reddetur, cum satisfaciemus eius fundamentis; cum etiam turpe sit sic tueri Aristotelem; ipse Caietanus potius debebat fateri se Aristotelem non intellexisse, quàm de eodem affirmare quòd sibi inconstans fuerit;

Opinio Pomponatij insequẽtis Alex.

Ideo fuit alius modus illius Petri Pomponatij, qui in suo libro quem inscripsit de Immortalitate animæ, sed falsò, cum demum insequutus Alexandrum scribat de mortalitate, uni cuiq́; constat quòd inscriptio non conuenit determinationi, nec ècontra, determinatio inscriptioni, Ideò dixi falsò suum librum inscripsisse, iste volens autoritates Aristot. concordare, primo dixit, quòd quando Arist. dixit intellectum esse à materia separatum, deforisq́; accedere, tunc loquutum fuisse de intellectu humano, non sub ratione qua humanus, sed

Pomponat. falsò suum inscripsit librũ de immort. animæ.

ſub ratione quà intellectus, eſſe enim ſeparatum à materia dicit ipſe non repugnare intellectui humano ſub ratione quà ĩtellectus, quia hoc conuenit omni intellectui quà intellectus, benè ei repugnat quà humanus; Addit ſecundo, quòd etiam dato verba Ariſtot. illa verificentur de intellectu humano ſub ratione quà humanus, intelligenda eſſe relatiuè, .ſ. in reſpectu animæ vegetatiuæ, & ſenſitiuæ, non autem abſolutè, relatiuè quidem ſunt intelligenda, dicit ipſe; quia reſpectu animæ vegetatiuæ, & ſenſitiuæ, quæ duæ ſunt minus à materia ſeparatæ, quàm intellectus qui minus materiæ eſt coniunctus; Hæc ſunt quæ dicit Pomponatius: Quæ eius dicta nihil faciunt ad verba Ariſtot. cum ſint fatuitates, ac meræ nugæ, pace ſua ſit dictum, immò abſq; pace ſua, quia aliquis nunquàm inueniet in Ariſtotele aliquod verbum quod faueat huic opinioni Alexandri, niſi coactè; benè quilibet

Opinio Pomponatij inſequentis Alex. reijcitur.

reperiet

reperiet verba Aristotelis manifesta, quæ apertè docent animæ rationalis separationem & æternitatem, & adeò apertè, quòd superfluum videtur eius dicta improbare; quæ tamen de facili confutantur ex his quæ paulò supra adduximus contra Alexandrum; dictū enim est Aristotelem in 12. Met. tex. 17. locutum fuisse de intellectu qui est hominis forma, & hoc per Aristotelis verba fuit comprobatum; Dictum est etiam in 2. de Gen. Animal. cap. 3. verba fecisse de intellectu qui terminat hominis generationem, at intellectus, qui est hominis forma, & qui terminat generationem humanam est intellectus humanus, igitur intellectus humanus sub ratione, qua humanus erit à materia separatus, & æternus, cum inquàm omnes Aristot. autoritates hanc absolutam intellectus humani sub ratione qua humanus æternitatem manifestent; Ex quibus omnibus huc usque addu-

ctis

ctis abũdè satis constare iudico in via peripatetica rationalis animæ mortalitatem minimè fore sustinendam, cum Aristòt. verba in quàm huic positioni apertissimè repugnent, nec vnquàm potui credere Alexandrum ita sensisse ille Aristot. sed forsitan quia ista opinio sibi placebat, vt ei maiorem tribueret autoritatem, eam Aristoteli ascripsit, minimè tamen est; Tanto minus erit approbanda opinio Hippocratis, & Galeni, quæ habebat affinitatem cum opinione Alexandri, isti enim dicebant animam esse complexionem, seu tẽperaturam; Qui sic dicentes eisdem improbantur argumentis, quibus reiecimus opinionẽ Alexandri; at magis eorum opinio adhuc est reprobanda, cum ipsi ponant animam esse accidens, quod affirmare est absurdissimum, cũ vbiq; Aristoteles asseruerit ipsam esse substantiam, et præcipuè in primo Libro de Anima arguens contra antiquos dicentes animam

Opinio Hippoc. & Gal. reijcitur.

rationibus erit audiendus Empedocles, qui dixit animam esse armoniam contrariarũ qualitatum; Quantum enim à veritate recedãt isti, est omnibus notum.

Opinio Scoti.

Quapropter fuit secundus dicendi modus medius ipsius Scoti, & Heruei, qui dixere Aristot. fuisse perplexum, ac ancipitẽ in hac difficultate, cum modo ad vnam, modo ad aliam declinauerit partem, cumq; nullam in hoc quæsito habuerit rationem demonstratiuam; Addit Scotus, quòd dicere animam rationalem esse à materia separatam, hoc esse ponendum inter propositiones creditas, nõ autem naturaliter scitas, & hoc asserit ipse cum nulla sicut dictum est, de hoc habeatur demõstratio; Quàm eius opinionem non approbo in hoc, quod dicit mentem Aristot. fuisse incertam, cum vbiq; dixerit Aristot. apertissimè, intellectum esse à materia separatum, adduxeritq; rationes, & præcipuè hanc, opera-

Confutatio.

tio intellectus est à materia separata igitur et eius essentia.

Vera opinio et determinatio quæsiti.

His itaq; opinionibus relictis tamquàm à veritate peripatetica recedentibus, vltimus dicendi modus extremus se offert, qui sustinendus est, cum sit verus, qui dicit, quòd hæc virtus animæ est separata à materia, et eam maximè extollendo asserit ipsam esse diuinam, capacemq; substantiarum separatarum. Et hanc opinionem insequutus est Plato, Aristot. Themistius, Auerroes; insequunturq; eam omnes leges; quare & ego eam approbo, dico q;, peripateticè loquendo, animam rationalem principaliter ex duabus constare partibus, seu potentijs, ex intellectu agente, & ex intellectu poßibili, quorum quilibet est æternus, ac à materia separatus; quocircà & ipsa anima rationalis erit æterna, à materia q; separata: licet in suis operibus ipso egeat sensu. Quòd Plato hanc voluerit opinionem, est ab ipso u

Intellectu possibilis est separatus à materia.

Intellectus possibilis est capax substantiarū separatarum.

Anima rationalis constat principaliter ex intellectu agente, & possibili.

dere,

dere, in quàm, plurimis locis, in Thimæo, in 10. de legibus, præcipuè tamen in Phædone, vbi disputat difficultatem istam, tandem cō-cludit quòd sit æterna, & à materia separata, est etiam hoc videre à Themistio, qui in Cap. 38. Tertij Lib. de Anima. Platonis uerba citat. Quòd Arist. etiam fuerit huius opinionis, satis constat ex autoritatibus, et rationibus, quibus Alex. positionem confutaui. Ideò hanc sustineo, vt q; dilucidior reddatur, rationibus Alexandri, ac aliorum ipsum insequētium satisfacere intendo.

Erat primum argumentum Alexan. desumptū ex sua paraphrasi Cap. 5. quod innitebatur in diffinitione Animæ, Anima est actus corporis physici organici, ergo anima rationalis est à corpore inseparabilis, et materialis: consequentiā probabat, quia omnis actus est inseparabilis ab eò, cuius est actus, cum sit finis eius, ac perfectio, sint q; correlatiua. Solutio argumentorū Alex.

Anima rationalis non est actus corporis sicut nauta nauis.

Huic argumento non est respondendum sicut communiter dicitur animam rationalem esse actum corporis organici, sicut nauta est actus nauis, ideò sicut nauta à naui potest separari, sic dicunt animam rationalem à corpore esse separabilem. Huic solutioni quàm plurima aduersantur: nam vltrà hoc quòd actus ille est quid chimericum, ac ad placitum, sequitur etiam animam esse corpus, si ipsa sit actus corporis: Sicut nauta est actus nauis, quod Aristoteli præcipuè repugnat 2. de Anima tex. 26. vbi, postquàm animam diffiniuit, diffinitionemq́ datam comprobauit, hæc habuit verba, corpus enim non est, corporis autẽ aliquid est. Nec etiam est admittenda solutio Ioannis Gra. qui dixit Aristot. ibi diffiniisse animam ea ratione, qua respicit corpus, seu ut dicunt latini, secundum habitudinem, non autem secundum actum: si solutio esset vera, sequetur quòd Aristot. non definiisset animã,

sed

sed animæ habitudinem: quod asserere, repugnat Arist. cum ibi ipsum animæ genus inuestigauerit, ex eiusq́ diuisione differentias in animæ diffinitione ponendas collegerit. Respōdeo itaq́ huic argumento iuxtà Auerrois sententiam 3. de Anima Com. 5. dicentis actū primum æquiuocè dici de anima vegetatiua, sensitiua, & rationali, æquiuocè quidem de illis prædicatur, cū actus qui dicitur de anima vegetatiua, & sensitiua sit actus perficiens corpus, ac qui à corpore ipso perficitur: at actus qui dicitur de anima rationali est actus tātum perficiens corpus, qui tamen à corpore nullo modo perficitur. cum ergo dicitur in argumento, omnis actus est inseparabilis ab eo, cuius est actus: anima rationalis est actus corporis: ergo erit inseparabilis à corpore; dico quòd erit inseparabilis à corpore secundum informationem, cum ipsa sit actus perficiens corpus; erit autem separabilis ab ipso secundum cau-

Actus primus æquiuocè dicitur de anima uegetatiua, sensitiua, & rationali.

Actus primus duplex.

salitatem, cum nullo modo ipsa perficiatur à corpore, cum q̃ independens sit à corpore. Et si quis dicat, Non potest dari anima separata à corpore in via Arist. igitur responsio est falsa. Dico, quòd non potest dari anima à corpore separata in via Arist. secundum informationem: at secundum causalitatem, & depẽdentiam potest dari anima à corpore separata: immò datur, & huiusmodi est anima rationalis, quæ à corpore est independens. Erat secundum Alex. argumentum tale; Anima est penitus immobilis, & per se subsistere nõ potens; ergo corruptibilis. Respondeo admittendo antecedens: est enim penitus immobilis, & per se, & per accidens, quia est forma à materia separata; formæ autem à materia abstractæ, abstrahunt etiam à conditionibus materiæ. s. à motu, & quiete; sicut docet Aristoteles 8. Phy. licet enim orbis moueatur, eius tamen forma est ĩmobilis: quia est à ma

teria

Anima separata à corpore sm̃ Arist. qũo detur, & qũo nõ.

Anima rationalis nec per se nec per accidẽs mouetur.

teria seiuncta, ac ab eius conditionibus: similiter est de anima nostra, quæ licet moueat corpus, ipsa tamen est penitus immobilis; cũ secũdum sui esse sit immaterialis: id autem quod in argumento assumitur habet tantum verita tem in ipsis materialibus. Fuit eius tertiũ argumentum, quod colligebatur ex vltimo Cap. suæ paraphrasis, vbi dicebat Alex. animam rationalem esse eandem cum sensitiua, quæ cum sit corruptibilis, & ipsa quoq; rationalis erit corruptibilis: quæ omnia supra fuere deducta. Sed hoc argumentum satis leue est, et de facili tollitur; negando similitudinem: Plato enim ponebat tres animas in homine principaliter, & æque primo re distinctas, quarum vna in aliam nullo modo redducebatur: sicut etiam Galenus ponit tria membra principalia æque primo distincta, quorum vnum nequaquàm in alterum reducitur.

Plato quõ in homine ponat tres animas re distinctas

Aristoteles

Aristoteles autem tantum ponit vnum membrum principale, nempè Cor, ad quod omnia alia reducuntur: sicut enim in ciuitate rectè disposita tantum debet esse vnus princeps, qui in eius medio resideat, ad quem omnes alij habeant recursum; sic & in corpore tantum debet esse vnum membrum principale, ipsum .s. Cor in medio corporis repositum, ad quod omnia corporis membra habere debent refugiũ. Sic etiam in homine erunt quoq; duæ potentiæ animæ re distinctæ, quarum tamen vna ad aliam ordinabitur. licet igitur in homine reperiatur anima sensitiua re distincta à rationali, quia tamen sensitiua ordinatur in rationalem, cum hæc ad illam disponat, qua rationali habita, homo ab illa denominatur: tunc argumentum Aristo contra Platonem adductum procedet: in ipso verò Aristotele nequaquàm poterit reflecti.

Sed quia hanc Alexandri *opinionem non nulli*

nulli ex recentioribus insequebantur illam q̃ plurimis confirmarunt argumentis; Ideo *prosequor declarando illa nullius esse roboris. Erat primum eorum argumentum desumptum ab Arist. Primo de Anima tex. 12. &* *hoc erat* Achilles *illius Petri Pomponatij: dicebat Aristot. ibi, Maximè autem aßimilatur proprio, intelligere. Si autem est & hoc phantasia quædam. &c. In hoc argumento sicut dixi maximè innitebatur ille Pomponatius, & fortasse quia uiderat* Ioannem *Gram. qui animæ rationalis immortalitatem sustinet, multum laborantem in solutione illius; ultrà quòd suæ solutiones non satisfaciant. Dixit primo Ioannes* Arıstot. *ibi loquutum fuisse conditionaliter, & non assertiuè. Hæc eius prima solutio non satisfacit; & ratio est: quia in Tertio Lib. de* Anima *tex. 39. Illam conditionalem prò parte affirmatiua verificat* Aristot. *sicut dixi; afferendo argumentum:*

Soluuntur rationes recentiorũ Alex. insequentiũ.

Expositio tex. 12 primi de Anima ex Io. Gram.

nam

nam ibi dixit, Necesse est intelligentem phātasmata speculari. Ioannes Gramat. occurrit huic instantiæ, dicit q̄ illud Aristotelis dictum de quolibet intelligere non esse audiendum; cum sit intelligere abstractorum, quod non est phantasia. & etiam cum intellectus seipsum intelligit: quare dictum Arist. tantum verificabitur de intelligere sensibilium; cum illud sit cum phantasia. Quæ solutio adhuc non euadit argumentum; quia licet Aristoteles ibi in Tertio de anima dixerit intellectum abstractorum non esse phantasiā, ob hoc tamen addidit, intelligere illud abstractorum non esse sine phantasia: quare intellectus ille erit corruptibilis. Adhuc Ioannes respondet, & notat illud (non sine) tria significare, primo dicit, denotat id, quod alterum concomitatur, absq; hoc quod conferat, vel noceat; sicuti in exemplo soliti sumus dicere, corpus lumini expositum non sine umbra esse, idest

vmbra

vmbra ipſum corpus conſequitur, ei tamen nõ prodeſt: nec obeſt; Quandoq; illud (non ſine) dixit Ioannes ſignificare neceßitatem, & dedit exemplum, veluti cum dicimus; Achillem virum ſtrenuum ſe præſtitiſſe; ſed non sine lancea, illud (non sine) tunc dicit neceßitatem, lancea enim fuit ſibi neceſſaria, ad hoc, vt oſtenderet ſui virilitatem; cum nudus, ſeu sine lancea ſui virilitatem oſtendere nequaquàm potuiſſet; vltimo illud (non ſine) dixit Ioannes dicere quandoq; impedimentum; & dedit exemplum hoc, quo ſumus ſoliti dicere, nauim veniſſe ad portum, non ſine periculo: Illud (non ſine) tunc dicit impedimentum: quia tunc ſignificamus nauim acceſſiſſe ad portum, ſed cum maximo impedimento. Quibus ſignificatis ſtantibus, dicit Ioannes Ariſtotelem accepiſſe illud (non ſine) ibi in Textu

12.

12. primi de Anima, prò vt dicit necessitatem, adeò quòd illorum verborum sit sensus, Intelligere vel est cum phantasia, vel non sine phantasia, idest in hac operatione necessaria est phantasia; at in Tertio de Anima accepit illud (non sine) prò vt dicit impedimentum: ita quòd illorum verborum sit sensus, (Abstractorum intellectus non sunt sine phantasmatibus,) idest phantasmata impediunt animam rationalem quominus intelligat substantias abstractas. cum enim phantasmata sint simulacra rerum sensibilium diuertunt intellectum ab earum consideratione. Hæc sūt Ioannis dicta, Ex quibus patet quantum ipse laboret in conciliandis Aristot. *autoritatibus adductis; licet non soluat difficultatem, quā proposuit* Aristot. *in 3. de* Anima *tex.20. Quæ erat, cur post mortem non reminiscimur? cum anima sit perpetua. Respondet* A*ristot. quia anima rationalis non intelligit si-*

Confutatur expositio Io. Gram.

ne phantaſmatibus, quæ iam ſunt corrupta: Sed tunc Ariſtot. obijciam, ſi datur intelligere à phantaſia non dependens, ergo (licet phantaſia corrumpatur, adhuc illius intellectionis poterit anima recordari: quare Ariſtot. ſolutio erit inſufficiens, ſi Ioannis ſolutio ſit vera; Quæ adhuc non ſatisfacit: quia vnius ſubſtātiæ ſimplicis vnus eſt tantum modus operandi; & non multiplex. Prætereà, intellectionem illam, quæ eſt ſine phantaſmatibus, in nobis non percipimus: quare ſequetur nos habere optimos theſauros, nosq́ latere, quod prò abſurdo habuit Ariſtoteles *2. Poſt. cap. ultimo, ac Primo Met. tex. 83. Sed non ſolum ſū miratus de Ioanne, qui tantum vagauerit, ad hoc, vt argumentum hoc diluat: quin multo magis de ipſo Pomponatio, & de quibuſdam alijs, quorum dicta gratia breuitatis omitto; cum argumentum ſit ſatis leue, & optimè ab Auerroe, à Themiſtio, ac D. Thoma diluatur;*

tur; quorum dicta illi viderunt, à quibus nō est recedendum: cum ab ipsis verba illa Arist. rectè exponantur. Dixit Auerroes, & non intendit per hoc, hoc quod apparet ex hoc sermone superficietenus; quasi dicere voluerit Auerroes, (vt Alex. intellexit:) cum ergo Aristot. per illa verba non intelligat id, quod superficietenus apparet intellexisse Alexandrum, altius igitur verba illa sunt intelligenda: idcircò exactius illa intelligentes, erit dicēdum, quòd egere ipso corpore contingit quadrupliciter, vel vt organo, sicuti virtus uisiua, quæ eget ipso occulo: quandoq; vt subiecto, quēmadmodum virtus auctiua eget ipso corpore, vt subiecto: interdum vt dispositiuo, ut contingit de ipso irasci: vltimo vt obiecto, et sic virtus intellectiua; qua distinctione præmissa, respondetur de facili argumento adducto, in quo dicebatur, intelligere non est sine phantasia; ergo à corpore est inseparabile;

Expositio vera Tex. 12. primi de Anim. ex Auerroe.

Intellectus quō sit virtus separata à corpore sm̄ Auerroem, & quō non.

Anima eget corpore quadrupliciter.

concedo vt obiecto, est tamen ab eo separabile, tamquàm à subiecto, et organo, et dispositiuo, cum nullo illorum trium modorum egeat ipso corpore. Sub alijs verbis dicam cū Themistio, ac D. Thoma, quòd virtus separata à corpore est duplex, vna simpliciter quæ sic dicitur, quia nullo modo ipso eget corpore, & huiusmodi sunt substantiæ simplices, quæ penitus à corpore sunt seiuncta: cum ipso non vtantur, nec vt organo corporali, neq; vt subiecto, nec vt obiecto. non enim versantur circà obiectum corporale: alia est virtus separata secundum quid, quæ sic dicitur, quia versatur circà obiectum corporale: licet per accidēs, et hoc modo est anima rōnalis, quæ utitur organo corporali: sed per accidēs, rōne videlicet sēsus, qui corpori est cōiūctus; quare cū dicitur ī argumēto, si aūt et hoc aut est phātasia quędā, aut nō sine phātasia, nō cōtīgit vtiq; sine corpore eē, cōcedēdū erit simpliciter: quia

Expositio tex. 12. primi de Anima ex Temist. ac Diuo Thoma, & vera.

Virtus separata à materia est duplex.

Intellectus quō sit a corpore separatus secundum D. Tho. & quomō non

ut dictum est, eget ipso corpore per accidens, ratione inquam ipsius sensus. Secundo principaliter isti argumentabantur rationibus desumptis ex omnibus causis. & prima accipiebatur ex parte finis, quæ erat talis, si intellectus esset separatus à materia, eius esset finis substantiarum abctractarum & intuitiua Dei cognitio, ut colligitur ex 12. Met. ac ab Auerroe. 3. de Anima com. 36. sed finis intellectus humani non est talis, ut habetur ab Aristotele. x. Ethic. cap. 8. & x. qui statuit fælicitatem nostram contemplatiuam consistere in habitu sapientiali, in notitia primarum causarum, qui habitus sapientialis demōstratione aquiritur, cum sit complexus: non autem per cognitionem intuitiuam; ergo intellectus nō erit à materia separatus; Omitto solutionem illorum, qui dicunt, Aristotelem loco citato manifestaße fælicitatem, quæ conuenit intellectui coniuncto homini, seu quæ

hominis conuenit per intellectum, non autem eam quae conuenit intellectui, prout vna est intelligentiarum: immo dicunt huiusmodi fœlicitatem fuisse Aristoteli ignotam; quia si eam cognouisset, de ea in 12. Met. pertractasset, quod minimè fecit. Omitto inquam hanc solutionem, cum totum oppositum illius quod dicunt, pateat ex Aristotele ibidē tex. 39. dum dicit, dispositionem optimam in nobis exiguo tempore durare: in intelligentijs verò per tempus infinitum; & respondendo argumento, nego minorem propositionem; sequendo viam Auerrois dicentis, quòd vltima fœlicitas est ista simplex cognitio ītuitiua substantiarum separatarum, & hoc ab ipso colligitur Tertio de Anima Com. 36. & 2. Met. com. 4. vbi dixit, Id quod non potest apprehendi ab intellectu humano, nec ab alio potest apprehendi intellectu: eodem .n. modo est de intellectu in genere intelligibilium, sicu

ti est de materia prima in genere sẽsibilium, dicit Auerroes: nam forma illa quæ non recipitur à materia prima, nec ab alia potest recipi, sic est de intellectu humano, quicquid ab eo non intelligitur, nec ab alio potest intelligi, & hoc sit dictum in via Aristotelis: quia secũdum veritatem secus est. intellectus enim diuinus omnia cognoscit. Probabatur illa minor ex x. Etich. cap. 8. & x. tunc dicendum est, Aristotelem ibi loquutum esse de fœlicitate hominis, quæ attinet ad moralem philosophum; & non absolutè; & ob id dixit ibi, quòd aliquid plus dicere de hac fœlicitate, quàm quòd consistat in habitu sapientiæ, non spectare ad moralem, sed alibi diligentius hoc esse declarandum. s. in. 12. met. vbi tex. 39. dixit quòd ista dispositio paruo tempore homini inest: cuius ratio est, quia tantum eam consequimur, dum scientijs erimus habituati. quocirca argumentum ab ipsis adductum, in

Felicitas quæ attinet ad moralem philosophum.

ipsos reflectetur hoc pacto, Intellectus noster cognoscit abstracta, quorum cognitio eiusdem est fœlicitas: ergo intellectus noster erit abstractus; consequentia valet: quoniã abstractum ab abstracto tantum cognoscitur.

Erat eorum argumentum desumptũ ex parte agẽtis, Homo qua homo generatur, & corrumpitur, &c. Quod etiam cõfirmabant ex Arist. 2. de Gen. Animal Cap. 2. & 3. dicente In generatione prolis marẽ tribuere formam: fœminã vero supeditare materiã: sed forma hominis, qua homo est homo, est intellectus: ergo intellectus dabitur a mare, & ab agente naturali: cum agens naturale tantum extrahat formas de potentia materiæ, vt testatur Auerroes. 12. Met. Com. 18. Huic argumento duas possumus affere responsiones.

Hõ qua homo generatur, & corrũpitur, quõ fit verum,

Altera est, distinguendo illam propositionem, homo, qua homo generatur, &

corrumpitur, quæ propositio cum reduplicatiua sit, habet replicare ipsum subiectum: ideo cum replicet ipsum hominem, vel replicabit principale significatum hominis, ipsam, scilicet animam rationalem, vel replicabit eius secundarium significatum, ipsum nempe connotatum, si replicet principale significatum, tunc propositio est falsa: si secundarium est vera. omne enim concretum tàm naturale, quàm artificiale, tàm substantiale, quàm accidentale, principaliter significat formam: secundario connotat subiectũ, cui inest forma: si igitur illa propositio replicet primarium significatum, ipsam animam rationalem, seu ipsum intellectum, dixi ipsam esse falsam: ratio est, quia homo ratione principalis significati est ingenerabilis, & incorruptibilis: at si replicet secundarium significatum ipsum scilicet corpus, quod anima sensitiua, est praeditum, propositio est vera: cum homo sit generabilis

Oẽ concretũ principaliter significat formam.

bilis, & corruptibilis ratione animæ sensitiuæ quæ est forma, quæ coordinatur animæ rationali: vel secundo possumus dicere, quod & si illa propositio, homo, qua homo generatur, & corrumpitur, replicet principale significatum, & sit vera; neganda tunc est consequentia, in qua infertur, ergo intellectus erit generabilis, & corruptibilis. quæ probabatur, quia intellectus est forma hominis, et homo intellectu est homo: ergo intellectus erit generabilis. Dicemus quòd intellectus generatur, & corrumpitur scilicet extrinsece, quatenus terminat hominis generationem, & corruptionem. Ad confirmationem erit dicendum, marem tribuere formã, quæ scilicet educitur de potentia materiæ. præbet enim animam sensitiuã, quæ est vltima hominis dispositio ad intellectiuam: & homo generat hominem, hoc est dat vltimam dispositionem ad receptionem intellectiuæ. Et si quis obijciat, idem esse agẽs

Intellectus quo modo sit generabilis, & corruptibilis, & quo mõ non.

Hõ in generatiõe quã tribuat formam genito.

Hõ hominẽ generat, quõ sit uerum.

 disponens

Agens disponens, & introducēs formā sunt idē, quō sit verū.

disponens, et introducens formā, vt scriptum reliquit Auerroes 7. Met. com. 31. erit dicendum, id esse verum de agente disponente, & introducente formam materialem, quomodo non est intellectus, cū sit immaterialis, sitq; vltima hominis forma, quæ introducitur à Deo; Qua etiam solutione tollitur tertium eorum argumentum ab Aristotele desumptum. 12. Met. tex. 16. ponente differentiam inter formam, & efficiens, quæ erat talis, efficiens præcedit compositum, quod fit, at forma simul fit cum composito. Quæ differentia verificatur de forma materiali tantum, nequaquam de forma immateriali; sicuti est intellectus; & ideo Aristoteles ibidem, in textu tamen subsequenti dixit, Si autem aliquid manet, posterius perscrutandum est. Addidit etiam, In quibusdam autē nihil prohibet, vt si est anima tale, nō omnis, sed intellectus. Ex quibus colligitur, quòd for

Forma fit simul cū composito, quomodo sit verum.

ma quæ simul est cum composito, quod sit, est materialis. Confirmabant hoc argumentum per Aristotelis dicta 6. Met. tex. 2. ponentis differentiam inter scientias, dicentisq; Naturalem Scientiam versari circa penitus materiæ immersa. Cum autem anima rationalis pertineat ad Naturalē Philosophiam, erit ergo materialis. Iam dictum est ipsam esse materiæ coniunctam secundum diffinitionem: cum sit actus corporis physici, & illa diffinitio omni conueniat animæ: at secundum eius esse est separata: quia non indiget ipso corpore, nec vt subiecto, nec vt organo, nec vt dispositiuo, per se, & absolute loquendo; & hoc, quia per accidens videtur quòd sit materiæ ét cōiūcta cū uersetur circa obiectū corporale, vtaturq; organo corporeo, sed per accidens, rōne ipsius sensus. Fuit vltimū argumētū Scoti ex pte materiæ, ab Aristotele desūptū. 7. Met. tex. vltiō dicēte, ptes

quæ

Partes quæ remanent dissoluto corpore sunt elementa, quomodo sit verum.

quæ remanent dissoluto corpore esse materiales, seu elementa, at anima non est elementũ nec est materialis: ergo non remanet. hoc argumentum concluderet, si per illa verba Aristoteles voluisset absolutè partes omnes post dissolutionem corporis remanentes esse materiales, seu elementa. hoc autẽ ipse non sentit: sed vult tantum illas partes esse materiales, quæ primò materiali, et corporea copulatione erãt coniunctæ, & mox resoluto composito remanent: ideo volens hoc significare, exemplificat de sillaba in elementis resoluta: unicuiq; autẽ constat intellectum corporea copulatione nobis non esse coniunctum. Superest modo respondere argumẽto principali adducto in principio huius quæstionis, quod erat tale, operatio intellectus est materialis: ergo & eius essentia: ergo non sine corpore est. Solutio eius iã est manifesta, cum sit dictum, ipsum intellectum non esse sine corpore scilicet secundum

informatio-

informationem: non enim potest sic esse extra corpus secundum Aristotelem: est tamen sine corpore, quo ad causalitatem: quia est sine causa à qua generetur, cum nullo modo à corpore dependeat in esse. Ex quibus huc vsq; adductis, vnicuique satis est euidens quã tum recedat ab Aristotele ipse Alexander: magisq; ab ipso recedant, recesserintq; isti recentiores qui ipsum Alexand. sunt insequuti. Et vt hoc dilucidius reddatur, adhuc prosequor dissoluendo alias rationes, & autoritates, quas sic dicentes posset afferre. Et in primis se offert Aristotelis autoritas Primo phy. tex. vltimo, vbi dixit. De principio autem secũdum spetiem, an unum sit, vel plura, & quot, & qualia sunt, per certitudinem primæ philosophiæ opus est determinare: de physicis autem & corruptibilibus spetiebus in posterius demõstrandis dicemus. Ex quibus colgitur verbis Aristotelem polliceri se declaraturum

Solutio aliarum rationũ.

turũ in Naturali Philosophia formas illas, quæ generationi, et corruptioni sunt obnoxiæ. Cum auté in Tertio lib. de Anima, qui liber est naturalis, differat de intellectu, sequitur igitur secundum eius mentem intellectum esse formam generabilem, & corruptibilem. Cui rationi altero horum modorum est occurrendum. Primo quòd Aristoteles in Met. loqutus est de illis formis quæ penitus sunt abstractæ, & immateriales. noster autem intellectus est medius, & aliqualiter materialis; hinc est, quòd à multis scientia de anima media dicitur, vel est dicendum, scientiã de Anima dici naturalem, ratione subiecti formaliter considerati: consideratur enim ibi intellectus, qui est abstractus secundum esse: Immersus vero secundum considerationem: cum egeat ipso corpore, vt obiecto, quo si egeat vt organo, erit per accidens, & ratione ipsius sensus; sicut sæpius fuit dictum. Ar-

Scientia de anima quomodo sit naturalis.

gues

guet adhuc aliquis accipiendo consequentiã, quam in Platonem videtur formare Aristoteles 2. Phy. tex. 19. destruens ydeas quas Plato ponebat, Inquit Aristoteles, formæ naturales secundum diffinitionem non sunt separabiles a materia : ergo tanto minus secundum existentiam: tunc sic ratio formabitur consimilis, Intellectus prout consideratur ab Aristotele in libris de Anima non est separabilis secundum diffinitionẽ : ergo tanto minus secundum esse, & existentiam : quã rationem (dicet aduersarius) si euades pro Aristotele, & ego similiter illam Aristotelis in Platonem euadam. Et hæc ratio potest esse replica contra solutionem secundam argumenti nuper adducti. Quam rationem de facili euadam, negando similitudinem, & ratio est, quoniam Plato ponebat ydeas ab omni corpore, & materia seiunctas, tam secundum esse, quàm secundum infor-

Ideæ quo modo dentur secundum Platonẽ.

informationem: at intellectus secundum Aristotelē non sic se habet: quoniam semper corpori adheret, & absq; corpore nunquam existit secundum informationem: licet econtra se habeat secundum esse, & causalitatē. quare argumentum hoc æternitati intellectus minimè repugnabit. Insuper aliquis instabit per Aristotelis verba Tertio de Anima tex. 36. vbi dubitat, An intellectus, cum non sit separatus à magnitudine, possit intelligere substantias abstractas: dicit, Posterius dicemus. Supponit ergo ipsum intellectum à corpore non esse separatum: erit igitur corruptibilis. Neganda semper est vltima consequentia: quoniam, & si Aristoteles supponat intellectum non esse à corpore seiunctum, hoc est verum secundum informationem: at secundū causalitatem, & dependentiam, & suum esse, est separatus, cum sit à corpore independēs. Et si quis adhuc instet, accipiendo Aristote-

lis

lis dicta. 2. de anima tex. 31. quæ sunt hæc. Similiter autem se habet de anima, ut de figuris: nam ut in tetragono est trigonum, ita in sensitiuo est uegetatiuū, & in intellectiuo sensitiuum, tunc sic rationem formabit, in quadrato est trigonum per naturam ipsius quadrati, sic in intellectiuo per eius naturam propriam erit sensitiuum: sed substantia animæ sensitiuæ in homine est materialis, et corruptibilis: ergo de necessitate sequetur intellectum fore corruptibilem; cum utriusq; sit eadem natura: vel detur oppositum, quòd natura sensus, & intellectus sit diuersa: sequetur ergo, quòd illud quod sentimus non intelligeremus quoniam id fieret per diuersas formas hominem mouentes; quod est absurdum. Huic sic obijcienti duas poterimus afferre solutiones, quarum altera est, Aristotelem verba illa protulisse de vegetatiuo, & sensitiuo, minimè de intellectiuo. vel secundo dicam

Textus 31. 2. de Aia, quomodo sit intelligendus.

quòd

quòd si illa de intellectiuo sint audienda, tunc verba illa dicent tantum coordinationem: ita quòd sicut trigonum in tetragono ordinatur, sic uegetatiuũ in sensitiuo, & sensitiuum in intellectiuo. Quare non sequitur illa esse eiusdem substantiæ, cum dicitur, si alterius erunt substantiæ, id ergo, quod sentimus non intelligeremus: dicam hoc nullo modo sequi, cum illæ duæ animæ sic se habeant, quòd una alteri coordinetur, aliamq; præsupponat, neq; æqualiter hominẽ ipsum respiciant. nisi enim sic se haberent, ratio concluderet, Insuper, quis arguet ex verbis Aristotelis. x. Met. tex. vltimo, vbi scriptum reliquit, Corruptibile, & incorruptibile genere differunt: ergo & spetie sequetur etiam illa differe; licet verba illa ab aliquibus de genere physico exponantur: à nonnullis vero de genere prædicamentali, & logico. Sed qualitercunq; exponantur, sẽper corruptibilitas intellectus sequetur.


quòd

quod probatur: si enim illa verba audiantur de genere physico, quod materia dicitur, seu subiectum, sensus erit, æternum, & corruptibile in subiecto non posse conuenire; at cum è contra sit, quòd intellectus & sensus in subiecto conueniant, cum sensus sit corruptibilis, de necessitate etiam erit, quòd intellectus sit corruptibilis. si vero verba illa exponantur de genere prædicamentali, idem quoq; sequetur: cum enim anima hominis, & bruti sint eiusdem generis quia constituunt species sub eodem genere contentas: ergo si vna est corruptibilis, alia non poterit esse æterna. ego autem qui totum oppositum teneo, dico, quòd de quocunq; genere illa verba exponantur, immortalitati intellectus minimè refragātur; et quòd ita sit declaro: si.n. autoritas illa ītelligatur de genere logico, seu predicamētali, dicā hominis, et bruti animā eē eiusdē generis nō prīcipaliter, sed reductiuè: sicq; corruptibile: et īcorruptibile

tibile

tibile non erunt ſub eodem genere principaliter, & directè, ſed reductiuè, & indirectè, & quatenus rerum ſunt principia; & hoc nō erit Ariſtoteli repugnans: cum ibi redarguat Platonem ydeas ponentē, aſſerentemq́ hominem ydealem, & hominem materialē eſſe eiuſdem ſpetiei ſpetialiſsimæ. Si vero illa verba, vt nonnulli volunt, intelligantur de genere phyſico, quam expoſitionē nequaquā laudo, tunc dicam, æternū abſolutè, & quod à materia omnino eſt ſeparatum, quemadmodum ſunt Ideæ Platonis, minimè poſſe conuenire cum corruptibili in genere, ſeu in materia. Intellectus autem cum non ſit omnino, & penitus à materia ſeparatus, aliqualiter in genere, ſeu in materia conueniet. Sed adhuc quis arguet, accipiendo verba Ariſtotelis Tertio de Anima, vbi increpat antiquos cælo ſenſus attribuentes: eo quia ſenſus intellectionem retardant; ſuntq́ intellectui impedimentum

dimentum ad intelligendum substantias abstractas: pariter dicet fore dicendum de intellectu, si erit æternus: vani namq; erunt, ac inutiles sensus, cum intellectum auuertãt à sui ac superiorum cognitione; quod consequens Aristoteli repugnat Tertio de Anima, ac in de Sensu, & Sensili; in quibus locis sensuum vtilitatem declarat: ergo pariter Aristoteli repugnabit dicere intellectum esse æternum. Respondeo, negando similitudinem: & negationis ratio est, cum enim ipsi cælo Intelligentiæ semper adhereant, ac sint affixæ, quæ sunt penitus à materia immunes, quarũ etiam intellectio à sẽnsibus minimè pendet, indè sequitur cælo sensus naquaquam conuenire posse, nec debere; qui tamen intellectui nostro erunt necessarij: cum ipse sit medius; sicut sepius dictum est. Sed adhuc Aristotelis verba in 2. de Anima. tex. 32. alicui facient difficultatem, quæ fuere hec; In morta-



Cœlo quare sẽsus non conueniant.

Intellectui nostro quare sensus sint necessarij.

libus intellectiuum sine sensitiuo esse non posse, obijcendoq́; sic formabit argumentum, Illa quæ sic se habent quòd vnum sine alio esse non potest, hanc patiuntur naturam, si vnum destruatur, & alterum destrui sit necesse: at intellectiuum sine sensitiuo minimè esse potest: si igitur sensitiuum destruetur, & intellectiuum corrumpi necesse erit. Respondendũ est, regulam illam veritatem habere quotiescunque illud alterum habebit dependentiam ab alio tàm secundum esse, quàm secundum operari; vt in exemplo patet de rationali, & risibili. cum autem non sic se habeat de intellectiuo & sensitiuo: intellectiuum enim præsupponit sensitiuum tãtum quo ad operationem, minimè quoad esse; immò quo ad esse à sensitiuo nequaquàm pendet: Stat igitur, quòd sensitiuum corrumpatur, non autem intellectiuum. Tandem eandem sententiam comprobare quis conabitur, discurrendo per ea, quæ Aristoteles

Regula illa, quãdo vnũ sine alio esse non potest, si vnũ est corruptibile, & alterũ quo modo intelligatur.

ſtoteles in lib. Moralium tradidit. Nam Tertiò Ethic. Cap.9. dixit, Mortem omnium eſſe teribiliſſimum, quia eſt vltimum vitæ, nihilque poſt hominem mortuum aut boni, aut mali poſſit contingere. & primo Eth. dixerit, Igitur ſi quiſpiam ex his ad ipſos perueniat ſiue bonũ, ſiue malũ, exile quid, ac paucũ eſſe. hæc verba immortalitati repugnare dicet. Quod etiam confirmare videntur verba eius. x. Ethic. vbi ſoluẽdo inſtãtiã illorũ, qui dicũt, cũ nos ſimus mortales, mortalia curare debere. Reſpondendo admittit antecedens, nos eſſe mortales, & quoad poſſe ad immortalem gloriã debere eniti, addidit. Quod antecedẽs dicet aduerſarius nõ erat ab Ariſtotele cõcedendũ, ſi ipſe huius erat mẽtis, Intellectũ fore æternum. Amplius, ſi in Politicis ſcriptũ reliquit, Mõſtra nõ eſſe nutriẽda: Qũo igitur ſtatuit intellectũ eſſe æternũ? Quibus ſatisfacio, Ariſtotelem admittere nos eſſe mortales, vt indi-


uiduos homines, ac in particulari, seu ad dißo-

Homo quō sit mortalis & quomō non.

lutionem animæ à corpore: cum hoc tamen asserit in nobis mentem diuinam reperiri, ac immortalem, quæ mole est exigua, perfectione tamen maxima, admonetq; etiam nos secundum eam viuere. Si etiam negat monstra fore nutrienda, huius ratio est, quia ibi pro obiecto habebat perfectionem ciuitatis, cui monstra minime conferunt. Vel dicamus ipsum negare monstra eße nutrienda, illa nempè

Quæ monstra sunt nutrienda.

quæ formam bruti præ se ferunt, quæ etiam à Christianis ipsis exploduntur. Et hæc ad laudem Iesu Christi, ac virginis Mariæ sufficiant pro hac quæstione.



AN INTELLECTVS SIT VNVS NVMERO IN Omnibus hominibus, an ſit multiplicatus.



Ecunda difficultas in ordine examinanda eſt, An intellectus poßibilis, qui eſt ſeparatus à materia, & æternus ſit vnus numero in omnibus hominibus: an vero ſit multiplicatus ad multiplicationem indiuiduorum. In qua difficultate de veritate ſimpliciter, & abſolutè loquendo nulla eſſe debet diſputatio: cum abſolutè pateat rei veritas, nempè quòd eſt multiplicatus; adeoq; hæc veritas eſt nota, quòd hæc propoſitio, intellectus eſt multiplicatus ad multiplicationem indiuiduorum tanquam dignitas in philoſophia eſt habenda: difficultas itaq; propoſita intelligatur in via Ariſtotelis:

Quęſtio An intellectus ſit multiplicatus, quomodo ſit intelligenda.

& inquiramus, quid sit sentiendum secundũ Aristotelem, seu quid ipse senserit Aristoteles in hoc quæsito.

Opinio Auerrois in quæsito an intellectus sit multiplicatus.

In solutione huius arduæ quæstionis duo sunt modi dicendi oppositi, Primus dicit, quòd licet intellectus possibilis sit separatus à materia, est tamen vnus numero in omnibus hominibus, et hic modus est Auerrois in 5. com. Tertij de anima libri, & in Lib. Destructio Distructionum disput. prima, dubio. 8. et 23. ac in disputatione 4. dubio. 4. & 7. cui etiã opinioni videtur Themistius subscriberes prout est videre in Cap. 32. suæ digressionis de intellectu agente: sicut enim ipse Themistius vult, quòd intellectus agens sit vnus: sic quoq; sequitur quòd intellectus possibilis sit vnus: cum eadem ratio de vtroq; concludat. Ratio sua erat hæc, omnis virtus separata à materia est numero immultiplicabilis, intellectus agẽns est virtus separata à materia, &

idem

idem est dicendum de intellectu possibili: ergo ambo erunt numero immultiplicabiles: et ideo dicunt quòd anima rationalis est æterna, ac numero vna in omnibus hominibus, quemadmodum & in omnibus membris eiusdem indiuidui est vna. sicut enim anima rationalis tota est in toto corde, & tota in qualibet parte ipsius cordis, sic etiam tota est in omnibus hominibus: quare vna erit numero. Hæc est Auerrois positio, cuius fundamenta sunt hæc, Auerroes Tertio de Anima com. 5 sic arguit, Anima rationalis ē separata à materia; ergo numero est immultiplicabilis sub spetie; probat consequentiam quia ex opposito consequentis, sequitur oppositum antecedentis, & hoc per verba Aristotelis 12 Met. 49. tex. & Primo Cæli tex. 70. vbi probat, quòd non possunt esse plures Cæli, ita arguit, si plures essent Cæli, ergo plures primi Cæli; ergo plures primi motores

Rōnes Auerrois quib. probat vnitatem intellectus.

res: ergo primus motor esset forma materialis: Similiter arguit Auerroes, si anima rationalis est numero plurificata; ergo materialis: sed oppositum huius iam secundum Aristotelem fuit determinatum, nempè quòd est immaterialis: ergo non est numero plurificata. sicut enim valet argumentum de primo motore, sic valet de Anima. Quæ Auerrois ratio potest confirmari per eius verba. 7. Met. tex. 28. vbi dixit, causam pluralitatis esse materiæ diuisionem. cur enim sunt plures homines? nulla est alia causa, nisi quia materia diuisa est in plures partes, in quas agit agens eiusdem speciei: ideo producit plura indiuidua, sicq́ue fiunt plures homines eiusdem speciei. Similiter dicit Aristoteles, quia mundus cōstat ex tota sui materia, ideo est perpetuus, nec potest multiplicari: ergo patet quòd multiplicatio prouenit à materia: cum autem anima rotionalis sit immaterialis dicit Auer-

roes,

roes, igitur non poterit multiplicari. Quæ ratio adhuc comprobari potest ex Aristotelis verbis secundi de Anima tex. 35. ex quo textu elicitur, quòd multiplicatio tãtum corruptibilibus data est. ex quo enim species sub vno indiuiduo non poterat conseruari, idcircò natura multiplicauit indiuidua sub spetie: at, cum anima rationalis sit incorruptibilis, sit æterna, ergo non erit multiplicata; sed numero vna. Secundo principaliter arguit Auerroes ibidem Com. 5. Si anima rationalis numero esset diuersa exempli gratia in Socrate, & Platone, ergo intellectio, exempli gratia, lapidis, esset quoq; diuersa in Socrate, & Platone, probat consenquentiam, quia multiplicato subiecto, multiplicatur etiam accidens illius subiecti: sed consequens est falsum, nẽpè quòd intellectio in Socrate, & Platone, numero sit diuersa: & hoc consequens esse falsum, probat tripliciter loco citato Auerroes.

primo,

primo, quia si sic, itellectio igitur esset singularis: ergo esset intellecta potentia: quia omne singulare est intellectum potentia: quod tamē est falsum: quia intellectio est abstracta; & per consequens actu intellecta, Secundo dicit Auerroes, sequetur, quòd esset processus in infinitum in intellectionibus; quod est absurdum: probat consequentiam, quia ab omnibus indiuiduis eiusdem spetiei potest abstrahi conceptus vnus communis, specificus, qui conceptus erit numero diuersus in Socrate, & Platone, & in quocunq; alio; & sic in infinitum. Tertio dicit Auerroes, sequetur, quòd scientia cuiuslibet conclusionis erit diuersa in te, in me, & in alio quolibet; & per consequens sequetur, quòd scientia praeceptoris erit qualitas actiua respectu scientiae discipuli de aliqua conclusione; quod consequens est falsum, quia scientia discipuli causatur in anima eius ex ipsis pramißis, quibus ipse assentit; probatur

consequentia, quia indiuiduum vnius spetiei non concurrit ad generationem alterius indiuidui eiusdem spetiei, nisi actiuè: at scientia præceptoris, cum sit singularis, igitur actiuè concurret ad causandam scientiam conclusionis in discipulo. & hæc sunt argumenta Auerrois in com. 5. Tertij Lib. de Anima. At quia quidam recentiores hanc Auerrois positionem erroneam sunt insequuti, ideo prosequor afferendo eorumdem potiora argumenta; Dicunt primo, si anima rationalis non esset vna numero: sed multiplicata ad multiplicationem indiuiduorum, sequetur dari infinitum actu; quod reprobatum fuit ab Aristotele. 3. Phy. probant consequentiam, dicentes cum mundus sit æternus secundum doctrinam Aristotelis, æterna quoq; sit hominum generatio, vt docet Aristoteles secundo de Generatione, & Corrupt. & Met. 12. decesserunt

Rationes adductæ à recētioribus pro Auerroe, quòd intellectus sit vnus.

cesserunt autem infiniti homines: ergo infinitæ animæ fuerunt, adhuc sunt infiniti homines: ergo & infinitæ animæ; sic ergo dabitur infinitū. Secundo dicunt id quod habet principium habet etiam finem: & econtrà, quod caret principio, caret quoq; fine; iuxtà Aristotelis doctrinam Primo Cæli ad vltimū. quo principio stante dicunt, Si anima rationalis multiplicaretur ad multiplicationem corporum, ergo haberet principium, & finem, sed eam carere fine, in præcedenti difficultate fuit determinatum. Vltimo dicunt, affirmare animam rationalem esse numero multiplicatam, repugnat fundamentis Aristotelis: ergo est aßerendū ipsum existimaße illam numero vnam fore. Antecedens probant: nam mortuo, exempli gratia Socrate, aut anima, quæ erat vnita corpori illius remanet separata à corpore, aut alteri reunitur corpori. si primum igitur erit ociosa, cum secundum Aristotelem

ſtotelem anima nihil intelligat ſine corpore, & ſenſu. ſi igitur remanet ſeparata à corpore, carebit ergo propria operatione; ſicq; ens æternum ocioſum creaſſet Deus. ſi ſecundum admittatur, tunc reuertetur opinio fabuloſa Pytaghoræ, qui ponebat transmigrationem animarum de uno corpore in aliud corpus; quam opinionem reprobauit Ariſtoteles Primo de Anima. Hæc eſt Auerrois poſitio, et hæc ſunt eius, & ſequacium fundamenta.

Impugnatio opinionis Auerrois de vnitate intellectus.

Quæ opinio eſt falſiſsima, veritati repugnans, ac Ariſtoteli; quare nullo modo eſt audienda; Quòd repugnet veritati oſtendo, Primo data eius veritate, tunc peri-rent omnes virtutes morales, quod concedere eſt abſurdum, probatur conſequentia, primo periret iuſtitia Dei, qui non puniret malos homines, nec bonos præmio afficeret. videmus enim multos malis operibus gaudere, ac per mala opera bonum maximum reportare. bo

Intellectũ eſſe numero unum, repugnat veritati, & Ariſtoteli.

Intellectus ſi numero eſſet vnus periret iuſtitia Dei.

nos vero aliquando damna, & mortem susti nere. modo, si anima esset vnica, boni post mortē præmijs non afficerentur: nec mali puni rentur; sicq́ Deus esset iniquus iudex; cum ta men sit iustissimus; bonis enim mala, malis vero bona concederet: mala quoq; relinqueret impunita; & bona sine præmio. Periret se cundo fortitudo; deducitur consequentia, si enim anima est vnica numero, non erit igitur spes melioris vitæ: ad quid ergo hō dēt se mor ti exponere pro amicis, pro patria, pro malo fu giendo? sicut scriptum reliquit Aristoteles Ter tio Ethic. Insuper periret pietas erga Deum, erga parentes. Si enim anima rationalis nume ro est vnica, ad quid honorare Deum, ac pa rētes? cum nihil boni ab illis post mortem pos simus expectare. Profectò hæc Auerrois opi nio est falsissima; quod adhuc ostendo, pro boq́ eam repugnare Aristoteli, ac fundamen tis naturalibus, autoritatibus Aristotelis, &

Intellectus si numero sit vnus, perriet fortitudo.

Intellectus si numero sit vnus, periret pietas erga Deū, erga parentes.

rationibus ab eo desumptis Quòd anima rationalis sit numero multiplicata, primò se offert Aristotelis autoritas Secũdo Phy. tex. 26. in quo loco declarans ad quam formam desinat consideratio naturalis, dixit eam terminari ad formas separatas à materia, prò vt tamen sunt in materia. Vbi est attendendum, Aristotelem loquutum fuisse in plurali: Sed quæ sunt istæ formæ à materia seiunctæ? dico, quòd sunt animæ rationales, cum eius verba de alijs formis non poßint intelligi; nisi quis vellit loqui quo ad quia est. Quòd vero per illas formas separatas audiat animas rationales, probo per verba Aristotelis ibi subsequentia; in quibus habet, Sol, & homo generant hominem; ex quibus verbis apertissimè colligitur, animam rationalem esse numero multiplicatam, cum loqutus sit in plurali, sicut fuit adnotatum.

Rationes cõtra Auerrois positionem de vnitate itellectus

Secundo in ordine est Aristotelis locus Tertio Met. tex. 13. vbi dicebat, si plurium indiuiduorum alicuius eiusdem speciei vna esset forma, sequetur illa indiuidua esse vnum numero: cum omnis vnitas numeralis sit a forma; quod etiam Auerroes fatetur; quare omnes homines essent vnus numero; quod est falsum dicere. Et hoc adhuc cōfirmatur ex verbis Aristotelis. 5. Met. Cap. de relatiuis, vbi scriptum reliquit, vnius relatiui, vnum tantū esse correlatiuum. materia autem & forma sunt correlatiua; quare si vnus est actus erit vna potentia. Si igitur intellectus esset vnus numero actus omnes, ergo homines eēnt vnus numero. Accedit quarto in ordine, locus Aristotelis, 7. Met. tex. 45. dicentis, omnis substantia est propria rei, cuius est substantia, tūc addatur hæc propositio minor, Intellectus est substantia, exempli gratia Socratis; igitur intellectus ita Socrati appropriabitur, quòd alteri non

ri non

ri non conueniet indiuiduo. igitur erit plurificatus. Addo quinto in ordine autoritatem Auerrois. 12. Met.com.14.dicentis, nihil vnum numero posse in pluribus reperiri: tunc sic, si intellectus est vnus numero, igitur in pluribus non poterit reperiri: sed econtra est: reperitur enim in pluribus. igitur est numero multiplicatus. Sexto argumentor ratione Aristotelis. 12. Met.tex.49.& primo cæli tex. 90. in quibus locis probat non posse esse plures cælos: quia si sic, igitur eßent plures primi cæli; igitur plures primi motores. Similiter arguo, sunt plures numero homines, ergo sunt plures numero intellectus; valet argumētum. quia eodē se habet modo intellectus ad hominem, vt mobile ad ipsum motorem. Confirmatur, si vnus numero est ītellectus in omnibus hominibus, ergo eiusdem obiecti vna erit intellectio in omnibus hominibus; consequentia probatur, quia operationes debent pro

portionari cum virtutibus operantibus: at eiusdē obiecti sunt plures numero intellectiones; ergo similiter intellectus numero erunt plures. Insuper & octauo in ordine sic argumentor, si intellectus est vnus numero, ergo scire nostrum non erit de nouo, sed erit quodam reminisci; hoc autem est contra Aristotelem, vbiq; asserentem, scire nostrum esse de nouo; probo consequentiam, quia si vnus rumero est intellectus, ergo vna numero intellectio, ergo intellectio, quæ in me est, erit in te, & in alio, igitur si ego incipiam aliquid intelligere, hæc intellectio, seu scientia non erit noua. Accedit nouo locus Aristotelis Primo Post. cap. 14. dicentis. Deficiente sensu à natura, deficit scientia, quæ per illum habetur sensum: cuius oppositum sequitur, si intellectus sit vnus numero in omnibus hominibus. si. n. sic esset, ergo in caeco à natiuitate esset scientia colorum; quod iā est reprobatum per Aristotelis verba adducta;

Intellectus si vnus sit numero, scire nostrū non erit de nouo.

Intellectus si numero sit vnus, deficiēte sēsu à natura, nō deficiet sciētia illius sensus.

ctas probatur consequentia, si.n. vnus numero est intellectus in omnibus hominibus, ergo in omnibus vna est intellectio: ergo deficiente sensu, non deficiet scientia illius sensus. Amplius, si intellectus est vnus numero, tunc scientia colorum, quæ est in viro perfectissimo, esset quoq; in Socrate, & in quolibet alio à principio suæ generationis; quod si concedatur, tūc sequetur nos optimos habere thesauros, & nos latere; quòd pro absurdo habuit Aristoteles. 2. post. cap. vltimo. & primo Met. tex. 49. Adhuc & vndecimo in ordine sic arguo, Si intellectus numero est vnus, tunc sequetur argumentū Aristotelis contra Platonē, nēpè, quòd anima rōnalis p se, seu rōne sui erit mobilis; quod tamē reprobatur ab Aristotele Primo de Anima, ac. 6. Ph. vbi docuit, nullū indiuisibile posse moueri; deduco cōsequētiā, īcipiēte.n. exēpli gratia Socrate eē, tūc incipit aīa rōnalis eē in materia ipsius, ī qua prius nō erat;

Intellectus si vnus sit numero, anima rationalis erit per se mobilis.

sic, ergo est secundum locum mutata, cum incipiat esse in isto loco, in quo prius non erat, quæ est mutatio localis, quæ mutatio, cum non sit ratione corporis, quia anima iam ipso carebat corpore; igitur erit ratione ipsiusmet animæ. ergo anima rationalis erit per se, ac ratione sui secũdum locum transmutata. Nec valet dicere, quòd hæc sit mutatio indiuisibilis, quia similiter esset motus indiuisibilis, quia omnis mutatio per se est terminus motus: præcessit igitur motus, quemadmodum si aer illuminetur à candela, iam præcessit alius motus, nempè illuminatio candelæ; sic quoq; in præsenti. Confirmatur adhuc argumentum: si.n. vnus est numero intellectus, vna igitur & eadem substantia limitata erit in duobus extremis locis sine aliquo medio, mutabiturq; de extremo ad extremum absq; aliquo medio, quæ sunt absurda, deducitur consequentia: ex quo enim vna, & eadem numero est anima

Intellectus si vnus sit numero, vna & eadẽ substantia limitata ĩ duob. extremis locis sine medio mutabitur.

rationalis

rationalis in omnibus, vt in te, in me, igitur vna, & eadem substantia numero est in duobus extremis sine aliquo medio: non enim potest dici, quòd sit in aere medio: cum aer ipsius non sit susceptibilis. Sequetur adhuc, & hoc erit argumentum in ordine decimum tertium, dari resurrectionem in via Aristotelis, quam ipse abhorret. 2. de Gen. & Corrup. deducitur consequentia: ex quo enim vna, & eadem numero est anima rationalis, vna igitur & eadem portio materiæ poterit per multas transmutationes animam rationalem recipere; vt in exemplo dicam, materia, quæ est sub forma Socratis, ex quo est æterna, aliquã do recipiet istam formam; & tanto magis, cum illius potentia in aduentu formæ non sit deperdita; quare illa materia erit illius formæ capax; & per consequens corruptum iterum poterit reuerti. Sequetur adhuc contraria simul in eodem esse subiecto; quod est impossibile,

Intellectus si vnus sit numero, peripatetice dabitur resurrectio

Intellectus si numero sit vnus, cõtraria insimul erũt in eodẽ subiecto.

bile, ac fundamentis naturalibus repugnans; deducitur consequentia, quia Socrates, exempli gratia, dicit, quòd sol est minor tota terra; Astrologi dicunt oppositum, quòd est maior; qui duo assensus sunt contrarij, cum sint contrariorum, & assensus contrariorum sint contrarij, vt docet Aristoteles. 4. Met. cõtra Heraclitum. ac. 2. Perhier. Isti què assensus in eadem numero anima rationali sunt, igitur duo contraria insimul in eodem erunt subiecto. Tandem sequetur, quòd anima rationalis erit infinitæ potentiæ, & virtutis, cum tamẽ solus ipse Deus sit virtutis infinitæ, secundum Aristotelem, vt inferius ostendam; probatur consequentia, nã si vna numero est, esto quòd infiniti essent homines, cum quilibet ab anima moueatur, ergo anima moueret infinitas magnitudines, ergo infiniti esset vigoris. Hæc eadem sententia si discurramus per loca Themistij comprobatur, licet in initio illius quæstionis

Intellectus si numero sit vnus, anima erit infinitæ potentię.

dixerimus Themiſtium e contrà ſenſiſſe: fortaſſe tamen veritas coegit ipſum ad affirmandam hanc pluralitatem, ſicut primo patet ex eius verbis Tertio de Anima *Cap. 27. vbi ſcriptum ſic reliquit. Quæmadmodum aliud eſt animal, aliud ſuum eſſe animali, et quemadmodum ſuum eſſe animali ab ipſa depēdet animalis anima; ita aliud ego ſum, aliud mihi eſſe, & mea eſſentia. hæc autem ab anima prouenit, non quidē ſenſuali, cum illa tanquā materia intellectus potentiæ habeatur neq; uē ab ipſo intellectu potentiæ, vt qui prò materia intellectus agentis ſit. reſtat igitur ab intellectu agente tantum eſſentia mea proficiſci, ac pendere dicatur. Et hanc autoritatem adduxit Diuus Thomas contrà Auerroiſtas; Idem voluit Themiſtius eodē Tertio de* Ani*ma Cap. 32. vbi ſoluendo quæſtionem, an plures ſint intellectus, agētes dixit, An primum quidem intellectum illuminātem credi*

nos verò aliquando damna, & mortem sustinere. modo, si anima esset vnica, boni post mortẽ præmijs non afficerentur: nec mali punirentur; sicq́ Deus esset iniquus iudex, cum tamen sit iustissimus; bonis enim mala, malis vero bona concederet: mala quoq́ relinqueret impunita; & bona sine præmio. Periret secundo fortitudo; deducitur consequentia, si enim anima est vnica numero, non erit igitur spes melioris vitæ: ad quid ergo hõ dẽt se mori exponere pro amicis, pro patria, pro malo fugiendo? sicut scriptum reliquit Aristoteles Tertio Ethic. Insuper periret pietas erga Deum: erga parentes. Si enim anima rationalis numero est vnica, ad quid honorare Deum, ac parẽtes? cum nihil boni ab illis post mortem possimus expectare. Profectò hæc Auerrois opinio est falsissima: quod adhuc ostendo, proboq́ eam repugnare Aristoteli, ac fundamentis naturalibus, autoritatibus Aristotelis, &

Intellectus si numero sit vnus, perriet fortitudo.

Intellectus si numero sit vnus, periret pietas erga Deũ, erga parentes.

rationibus

rationibus ab eo desumptis Quòd anima rationalis sit numero multiplicata, primò se offert Aristotelis autoritas Secũdo Phy. tex. 26. in quo loco declarans ad quam formam desinat consideratio naturalis, dixit eam terminari ad formas separatas à materia, pro vt tamen sunt in materia. Vbi est attendendum, Aristotelem loquutum fuisse in plurali: Sed quæ sunt istæ formæ à materia seiunctæ? dico, quòd sunt animæ rationales, cum eius verba de alijs formis non poßint intelligi; nisi quis vellit loqui quo ad quia est. Quòd vero per illas formas separatas audiat animas rationales, probo per verba Aristotelis ibi subsequentia, in quibus habet, Sol, & homo generant hominem; ex quibus verbis apertisſimè colligitur, animam rationalem esse numero multiplicatam, cum loqutus sit in plurali, sicut fuit adnotatum.

Rationes cõtra Auerrois positionem de vnitate itellectus

ri non conueniet indiuiduo . igitur erit plurificatus. Addo quinto in ordine autoritatem Auerrois. 12. Met.com.14.dicentis, nihil vnum numero posse in pluribus reperiri: tunc sic, si intellectus est vnus numero, igitur in pluribus non poterit reperiri: sed econtra est: reperitur enim in pluribus. igitur est numero multiplicatus. Sexto argumentor ratione Aristotelis. 12. Met.tex.49.& primo cæli tex.90. in quibus locis probat non posse esse plures cælos: quia si sic, igitur eßent plures primi cæli; igitur plures primi motores. Similiter arguo, sunt plures numero homines, ergo sunt plures numero intellectus, valet argumẽtum. quia eodẽ se habet modo intellectus ad hominem, vt mobile ad ipsum motorem. Confirmatur, si vnus numero est ĩtellectus in omnibus hominibus, ergo eiusdem obiecti vna erit intellectio in omnibus hominibus; consequentia probatur, quia operationes debent pro

portionari cum virtutibus operantibus: at eiusdẽ obiecti sunt plures numero intellectiones; ergo similiter intellectus numero erunt plures. Insuper & octauo in ordine sic argumentor, si intellectus est vnus numero, ergo scire nostrum non erit de nouo, sed erit quodam reminisci, hoc autem est contra Aristotelem, vbiq; asserentem, scire nostrum esse de nouo; probo consequentiam quia si vnus rume ro est intellectus, ergo vna numero intellectio, ergo intellectio, quæ in me est, erit in te, & in alio, igitur si ego incipiam aliquid intelligere, hæc intellectio, seu scientia non erit noua. Accedit nono locus Aristotelis Primo Post. cap. 14. dicentis. Deficiente sensu à natura, deficit scientia, quæ per illum habetur sensum: cuius oppositum sequitur, si intellectus sit vnus numero in omnibus hominibus. s. n. sic esset, ergo in caeco à natiuitate esset scientia colorum; quod iã est reprobatum per Aristotelis verba adducta;

Intellectus si vnus sit numero, scire nostrũ non erit de nouo.

Intellectus si numero sit vnus, deficiẽte sẽsu à natura, nõ deficiet sciẽtia illius sensus.

Et as probatur consequentia, si.n. vnus numero est intellectus in omnibus hominibus, ergo in omnibus vna est intellectio: ergo deficiente sensu, non deficiet scientia illius sensus. Amplius, si intellectus est vnus numero, tunc scientia colorum, quæ est in viro perfectissimo, esset quoq; in Socrate, & in quolibet alio à principio suæ generationis; quod si concedatur, tūc sequetur nos optimos habere thesauros, & nos latere; quòd pro absurdo habuit Aristoteles. 2. post. cap. vltimo. & primo Met. tex. 49. Adhuc & vndecimo in ordine sic arguo, Si intellectus numero est vnus, tunc sequetur argumentū Aristotelis contra Platoné, nēpè, quòd anima rōnalis p se, seu rōne sui erit mobilis; quod tamē reprobatur ab Aristotele Primo de Anima, ac. 6. Ph. vbi docuit, nullū indiuisibile posse moueri; deduco cōsequētiā, īcipiēte.n. exēpli gratia Socrate eē, tūc incipit aīa rōnalis eē in materia ipsius, ī qua prius nō erat;

Intellectus si vnus sit numero, anima rationalis erit per se mobilis.

sic, ergo est secundum locum mutata, cum incipiat esse in isto lôco, in quo prius non erat, quæ est mutatio localis, quæ mutatio, cum non sit ratione corporis, quia anima iam ipso carebat corpore; igitur erit ratione ipsiusmet animæ. ergo anima rationalis erit per se, ac ratione sui secũdum locum transmutata. Nec valet dicere, quòd hæc sit mutatio indiuisibilis, quia similiter eßet motus indiuisibilis, quia omnis mutatio per se est terminus motus: præceßit igitur motus, quemadmodum si aer illuminetur à candela, iam præceßit alius motus, nempè illuminatio candelæ; sic quoq; in præsenti. Confirmatur adhuc argumentum: si.n. vnus est numero intellectus, vna igitur & eadem substantia limitata erit in duobus extremis locis sine aliquo medio, mutabiturq; de extremo ad extremum absq; aliquo medio, quæ sunt absurda, deducitur consequentia: ex quo enim vna, & eadem numero est anima

Intellectus si vnus sit numero, vna & eadẽ substantia limitata ĩ duob. extremis locis sine medio mutabitur.

rationalis

rationalis in omnibus, ut in te, in me, igitur una, & eadem substantia numero est in duobus extremis sine aliquo medio: non enim potest dici, quòd sit in aere medio: cum aer ipsius non sit susceptibilis. Sequetur adhuc, & hoc erit argumentum in ordine decimum tertium, dari resurrectionem in via Aristotelis, quam ipse abhorret. 2. de Gen. & Corrup. deducitur consequentia: ex quo enim una, & eadem numero est anima rationalis, una igitur & eadem portio materiæ poterit per multas transmutationes animam rationalem recipere; ut in exemplo dicam, materia, quæ est sub forma Socratis, ex quo est æterna, aliquã do recipiet istam formam; & tanto magis, cum illius potentia in aduentu formæ non sit deperdita; quare illa materia erit illius formæ capax; & per consequens corruptum iterum poterit reuerti. Sequetur adhuc contraria simul in eodem esse subiecto; quod est impossibile,

Intellectus si unus sit numero, peripatetice dabitur resurrectio

Intellectus si numero sit vnus, cōtraria insimul erūt in eodē subiecto.

bile, ac fundamentis naturalibus repugnans, deducitur consequentia, quia Socrates, exempli gratia, dicit, quòd sol est minor tota terra; Astrologi dicunt oppositum, quòd est maior: qui duo assensus sunt contrarij, cum sint contrariorum, & assensus contrariorum sint contrarij, vt docet Aristoteles. 4. Met. cōtra Heraclitum. ac. 2. Perhier. Isti què assensus in eadem numero anima rationali sunt, igitur duo contraria insimul in eodem erunt subiecto. Tandem sequetur, quòd anima rationalis erit infinitæ potentiæ & virtutis: cum tamē solus ipse Deus sit virtutis infinitæ, secundum Aristotelem, vt inferius ostendam; probatur consequentia, nā si vna numero est, esto quòd infiniti essent homines, cum quilibet ab anima moueatur: ergo anima moueret infinitas magnitudines, ergo infiniti esset vigoris, Hæc eadem sententia si discurramus per loca Themistij comprobatur: licet in initio illius quæstionis

Intellectus si numero sit vnus, anima erit infinitæ potentiæ.

dixerimus

dixerimus Themiſtium e contrà ſenſiſſe: fortaßè tamen veritas coegit ipſum ad affirmandam hanc pluralitatem, ſicut primo patet ex eius verbis Tertio de Anima Cap. 27. vbi ſcriptum ſic reliquit. Quemadmodum aliud eſt animal, aliud ſuum eſſe animali, et quemadmodum ſuum eſſe animali ab ipſa depēdet animalis anima; ita aliud ego ſum, aliud mihi eſſe, & mea eſſentia. hæc autem ab anima prouenit, non quidē ſenſuali, cum illa tanquā materia intellectus potentiæ habeatur neq; nē ab ipſo intellectu potentiæ, vt qui prò materia intellectus agentis ſit. reſtat igitur ab intellectu agente tantum eſſentia mea proficiſci, ac pendere dicatur. Et hanc autoritatem adduxit Diuus Thomas contrà Auerroiſtas; Idem voluit Themiſtius eodē Tertio de Anima Cap. 32. vbi ſoluendo quæſtionem, an plures ſint intellectus, agētes dixit, An primum quidem intellectum illuminātem credi

vnum oportet? illuminatos vero, & subinde illuminantes multos: quemadmodum sol est vnus; tamen lux, quæ de sole mititur, & prodit, quasi ab eo abiungitur, et diuellitur, &c. Indè est quòd Aristoteles intellectum lumini semper aßimilauit, & non soli. Idem adhuc cēsuit Themistius ibidem Tertio de Anima Cap. 28. ac Simplicius in expositione textus 26. vbi asserit animam nostram intellectiuam esse formam mediam inter omninò separatas, & materiales formas, & vocauit eam mediam non participatione formali extremorum, sed virtute, & hoc volens significare dixit, quòd sicut flauus color omninò simplex est, virtute continens extremos colores, ita & anima: quare, cum anima nostra rationalis sit media, non erit inconueniens, immò necessarium ipsam multiplicari incorruptibilem existentem. Themistius adhuc in 3. de Anima Cap. 39. dixit Theophrastum sub

scribere

scribere huic opinioni, & adduxit eius verba, quæ sunt hæc. Porrò quòd dicitur mentem extrinsecus accedere, non ita statuendum est vt quasi appositus, inuectusq́; habeatur, sed vt qui statim ab ortu quasi comprehendere nos, complectiq́; soleat. Cum igitur intellectus nos comprehendat, & nobis esse det, non erit vnus, sed plurificatus. quocircà sequitur hanc Auerrois positionem falsam esse, ac fundamentis naturalibus repugnantem. Quod adhuc dilucidius reddetur, satisfaciendo suis rationibus. Erat prima eius ratio talis, Anima rationalis est forma separata à materia: ergo est numero immultiplicabilis sub spetie: quæ ratio adhuc dupliciter confirmabatur. Quibus rationibus satisfacio, sicut & illis respondet D. Thomas in 2. Contra Gentiles, & rectè. Pro quarum solutione præmitto aliquam formam dici immaterialem, dupliciter posse intelligi, vno modo, quatenus talis forma non

Solutio rationũ Auerrois tuentis vnitatẽ intellectus.

Forma immaterialis duplex ex D. Thoma.

est

est causata à materia, nec dependens. Alio modo, quatenus talis forma nullam includit habitudinē ad aliquod corpus, primo modo anima rōnalis est forma īmaterialis, cū nullo modo sit à corpore dependens, nec causata: at secundo modo est materialis: quia anima rationalis includit habitudinem ad proprium corpus: ita quòd nullum aliud corpus respicit, ratione cuius habitudinis est numero multiplicata: ex qua distinctione soluitur ratio Auerrois. cum dicit, Anima rationalis est forma immaterialis: ergo est vna numero; antecedens negatur iuxtà secūdum sensum datum, quo aliqua forma dicitur immaterialis: immò est materialis, cum includat propriam habitudinem ad proprium corpus. Vt anima rationalis, exempli gratia, Socratis est forma materialis dicit D. Thomas, & rectè. quia includit propriam habitudinem ad proprium corpus eius; per quam habitudinem est ipsi Socrati

Anima rationalis quomodo sit forma materialis.

erati propria, & hæc, seu singularis: immaterials vero est primo modo: quia non est dependens à materia. cum infertur, igitur erit vna numero: illatio non valet: immò sequitur, quòd sit numero multiplicata per illam habitudinem, ratione cuius erat materialis. Similiter respondetur duabus illis confirmationibus adductis. & si quis obijciat, quòd hoc sit impossibile, cum illa habitudo, quam dicit anima ad proprium corpus non sit aliud, quàm relatio singularis: & omnis relatio singularis præsupponit fundamentum singulare; cum sit posterior suo fundamento: igitur anima hæc prius est anima, quæ habeat illam habitudinem: & per consequens non erit in hoc, & in illo indiuiduo per illam habitudinem; sed ratione sui ipsius. Hoc fuit argumentum Scoti in 2. Sent. in materia de principio indiuiduationis: & in Quolib. Quæstione 6. Cui respondeo ex fundamentis D.

Instantia Scoti cõtra D. Thomã.

Responsio.

tis D. Thomæ, qui admittit illam habitudinẽ esse natura posteriorem suo fundamento, & ipsum præsupponere. Cum dicit, igitur anima hæc, non erit anima hæc per talem habitudinem, seu anima non erit in hoc, vel in illo indiuiduo per illam habitudinem: verum est: sed dico cum D. Thoma, quòd hæc anima est hæc, & est induidua, non per illam habitudinem verè, sed ad hunc sensum, quatenus per illam habitudinem circumscribimus illam differentiã indiuidualem, ac propriam. Et hanc solutionẽ voluit etiam Auicenna in 6. Natural. parte 5. cap. 2. vbi voluit animã esse multiplicatam per has habitudines, per quas etiam habitudines statuit esse à qualibet alia seiunctam. Sed cõtra hanc responsionem adhuc quidam recentiores arguunt, dicentes eam nullius esse roboris, nec Aristoteli conuenire: quia eadem ratione, qua D. Thomas concedit animam rationalem esse formam materialem, quia incli

Anima rationalis quomodo sit multiplicata.

Replica cõtra Thomã.

natur

*natur ad proprium corpus, eadem quoq; ratio-
ne sequetur quòd formæ cælestes erunt dicen-
dæ materiales cum etiam ipsæ inclinentur ad
proprium orbem, secūdum enim philosophos,
prima intelligentia adeò respicit primum mo-
bile, quòd non secundum, secunda similiter in
telligentia talem habet habitudinem ad se-
cundum orbem, quòd alium non respicit. igi-
tur per eandem rationem ipsæ intelligentiæ
erunt dicendæ formæ materiales, per quam
& anima rationalis dicitur materialis à D.
Thoma. Respondeo, negando similitudinem,* Solutio.
*& ratio diuersitatis est, quia licet qualibet in
telligentia habeat habitudinem ad proprium
orbem; sicut & anima rationalis ad propriū
corpus, ob hoc tamē non est inferendū quam-
libet intelligentiam esse formam materialem
sicuti est anima rationalis: quia quælibet in-
telligētia adeò proprio orbi adheret, quòd sem
per ei est affixa. quocircà [illegible]rit peni-*

tus

tus immaterialis, quod de anima rationali non est aßerendum, cum proprio corpori non adeò adhereat: quin ab illo poßit separari. quocircà responsio D. Thomæ erit vera, recteq; tollet argumentum. Sed alio modo potest responderi principali argumento, negando illam propositionẽ, omnis multiplicatio sub spetie prouenit ratione materiæ: cum talis propositio non habeat veritatẽ, nisi in ipsis sensibilibus: in purè intelligibilibus nequaquã verificatur. Et hoc est in quo multũ deficit Auerroes, qui credidit, quòd sicut illa propositio verificatur in ipsis sensibilibus, sic quoq; verificetur in purè intelligibilibus. Fuit secũda ratio principalis Auerroiss si anima rationalis esset numero diuersa, exempli gratia in Socrate, & Platone, ergo etiam intellectio esset diuersa numero; consequens eße falsũ probauit Auerroes tripliciter. Cui rationi respondeo cum D. Thoma. 2. contra Gentiles; quem etiam inse-

Multiplicatio sub spetie prouenit ratione materię, quo modo sit vera.

quutus est Gregorius Arim. 2. Sent. dist. 2. quæst. prima. cum ergo Auerroes dicit, si anima rationalis esset numero diuersa in te, & in me, seu in Socrate, & Platone, ergo intellectio quoq; erit diuersa numero in quolibet illorum: concedit hoc D. Thomas: Auerroes inferebat, ergo erit potentia intellecta. Negat hoc D. Thomas: Auerroes illud probabat, omne singulare est potentia intellectum; in hoc deficit Auerroes, cum hoc suum dictum non verificetur de singulari abstracto à materia; quomodo sunt illæ intellectiones, benè illud Auerrois dictum verificatur de singulari materiali. Inferebat secundo Auerroes, igitur erit processus in infinitum in intellectionibus, & in indiuiduis eiusdem spetiei. Hoc etiam admittit Diuus Thomas: poocessum enim in infinitum dari non est absurdum in accidentaliter ordinatis, sicuti sunt illæ intellectiones. Adhuc

Singulare est potentia intellectũ, quomodo sit verum.

Processus in infinitum qũo datur.

inferrebat Auerroes, quòd sciētia praeceptoris actiuè concurret ad causandam scientiam alicuius conclusionis in discipulo. Hoc negat D. Thomas, sed Auerroes illud probat, quia indiuiduum vnius speciei non concurrit, nisi actiuè &c. Respondet D. Thomas, hoc esse verū, si illa indiuidua sint tantum à natura; at si illa indiuidua ne dum sint à natura, sed etiam ab arte, illud Auerrois dictum non est verum; sicq; est in proposito. cum intellectio, quae est in discipulo nedum à natura producatur, sed etiam ab arte; sicut.n.dicit D. Thomas et rectè, ars concurrit, & praeceptor, qui discipulo proponit propositiones, et dignitates, ex quibus potest conclusio inferri; concurrit ēt natura, videlicet, discipulus, qui ipsis assentit praemissis, mediante tamen lumine intellectus agentis: sicut enim ad aegritudinem curandā concurrit natura, quae est agens principale, concurrit etiam medicus, qui est artifex, & natura

Indiuiduū vnius speciei quomodo concurrat actiuè ad generationē alterius indiuidui.

tura minister, qui opem ei fert: adiuuat enim medicus ipsam naturam: sic quoq; est de ipsa scientia, quæ est in discipulo, quæ nedum à natura producitur, sed etiã ab arte. quare Auerrois argumentum nullum est. Sed contra hãc responsionem quidam recentiores instãt, dicentes eam Aristoteli repugnare; quia omnis forma separata à materia est immultiplicabilis numero sub specie; intellectio est separata à materia: igitur intellectio, quæ est in te, & in me erit eadem, nequaquàm numero multiplicata. & hoc est argumentum, cui Auerroes innitebatur probando intellectum non esse numero multiplicatum. Cui rationi satisfacio, admittoq; maiorem esse veram de formis omninò, & penitus à materia separatis, quo modo non est intellectus, cum sit forma media; sicut iam statutum est in prima quæstione; quo etiã modo est eius intellectio. quare nõ erit penitus à materia seiuncta; cum sensibus ipsis modo

Forma à materia separata quõ sit numero immultiplicabilis

Soluuntur rationes adductæ à recentioribus.

sæpius dicto egeat. Nec rationes adductæ ab istis recentioribus sunt alicuius roboris. Erat *prima, si anima rationalis esset numero multiplicata, sequetur dari infinitum actu. Huic rationi respōdeo similiter cum Diuo Thoma. 2. contra Gentiles, qui dixit, Aristotelem. 3. phy. & primo cæli confutasse infinitum in naturis quantis, & corporeis existens. cum autē anima rationalis separata sit, & sine corpore, ac sine quacunque magnitudine, ratio illorum nihil coget. Sed contra hanc responsionem quidam recentiores instant, aßerentes* Aristotelem *reprobasse. 3. Phy. quodcūque infinitum, siue exitat in naturis corporeis, seu incorporeis: & prò sui dicti confirmatione afferunt textum Aristotelis. 35. in Tertio Phy. in quo hæc habet verba, Separatum quidem igitur esse infinitū à sensibilibus impossibile est. Negat igitur* Aristoteles, *dicunt, infinitum actu in naturis separatis à materia, & incorporeis.*

Infinitū ab Aristotele damnatū, quod nā sit.

Obiectio

Qui

Qui ſic dicẽtes debebant animaduertere Ariſtotelem ibi per infinitum ſeparatum à ſenſibilibus, intellexiſſe infinitum ſeparatum poſitum à Pythagora prò principio, & non infinitum in naturis incorporeis. Pythagoras.n. ponebat quantum infinitum ſeparatum ab omni materia ſensibili eſſe principium; quod erat veluti, ac ſi imaginaremur ſpatium extrà mundum infinitum. de infinito igitur in corporeo, & ſeparato à magnitudine, & multitudine in natura intellectuali; quomodo ſunt animæ separatæ à corporibus ibi nõ loquitur Ariſtoteles: quod adhuc magis patet per eius verba ibidem in tex. 39. vbi ſe quaſi excuſans ab iſto infinito incorporeo dixit, Sed fortaſsis eſt vniuerſalior quæſtio, ſubintelligẽdum eſt, ſ. quàm pertineat ad Phyſicum: Subſequitur, Si contingit infinitum, & in intellectualibus, et in mathematicis, et in nullã habentibus magnitudinẽ eſſe; nos autẽ nũc intẽdimus de ſenſi Solutio.

bilibus. Hæc sunt Aristotelis verba. Ex quibus constat, quòd hæc quæstio, vtrum in naturis intellectualibus, & non quantis contingat dari infinitum est vniuersalior, quàm pertineat ad naturalem philosophum, ergo spectabit ad metaphysicum: in Metaphysica autem non reperitur vbi determinauerit non posse dari infinitum in carentibus magnitudine. Et si quis obijciat (et hæc fuit instãtia illius Põponatij) Aristotelẽ. in 11. Met. Lec. 11. iuxtà sectionem D. Thomæ determinasse infinitum actu in naturis sensibilibus, & separatis nullo modo posse dari; Erit respondẽdũ, Aristotelem ibi loqutum esse in eodem sensu, quo et in 3. Phy. nempè contra Pythagorã; Et quòd hoc sit verum, ex hoc patet: quia ibi eadem ferè habet verba, & ideo illa non est noua determinatio, sed potius repetitio, quocircà nõ repugnabit Aristoteli dari infinitas animas separatas; cum sint immateriales. Erat

ſecunda eorum ratio, omne quod habet principium habet etiam finem; & e contra; cui reſpondeo ſicut reſpondet D.Thomas, et ad mẽtem Ariſtotelis, dicoq́; quòd omne quod incipit eſse, ſeu habet principium ſcilicet per generationem, etiam illud deſinit eſſe, ſeu habet finem: at ſi quid ſit quod habeat principium, ſeu incipiat eſſe per creationem, illud nequaquàm desinit eſse, nec habet finem; & sic eſt in propoſito. Anima enim rationalis non incipit eſſe per generationem, ſed per creationem; ideo non deſinet eſſe. Sed quis dicet, Ariſtote*lem non cognouiſſe creationem; vel si eam cognouit, non poſuit diſtinctam à generatione; ideo declaro eam Ariſtotelem cognouiſse, & diſtinctam à generatione; & in primis præmitto, quòd etsi creatio sit duplex, æterna, & noua, & creatio æterna à nonnullis admittatur, vt ab Auicenna, et ab alijs Platonicis; qui aſſerunt ab æterno mundum, & intelligẽ-*

Omne quod habet principiũ, habet & finem, quomodo ſit verum.

An Ariſto. cognouerit creationem, vel non, & an diſtinctã à generatione.

tias à Deo manasse; de noua tamen Creatione tantum erit sermo, per creationem nouam intelligendo illam per quā mundus est à Deo creatus, & per quā continuè adhuc videmus humanas animas in ipsis corporibus à Deo creari. Et si quis petat quid sit ista creatio noua; omissis aliorum sententijs de diffinitione creationis, dico ego quòd creatio est actus perfectus, creantis Dei, quo mediante creabile ex non esse constituitur in esse. Quam diffinitionem esse rectam declaro, & dico, quòd creatio diffinienda est modo opposito, quo diffinitur motus ab Arist. 3. Phy. creatio. n. & motus ad inuicem opponuntur. si igitur motus est actus imperfectus. creatio erit actus perfectus; qui actus dicitur perfectus, quia totus est insimul, sicq; creatio differet à motu: cū motus ipse sit actus imperfectus; qui partim est, partim non, & partim sit in actu, partim vero in potentia; vt constat ex Arist. *3. Phy.*

Creatio an detur secūdum Arist.

Creatio duplex.

Creatio quid sit.

Creatio est actus perfectus

Addidi particulam illam, Creantis Dei, ad differentiam motus, qui licet sit actus motoris, et mobilis attamen secundū Aristotelē. 3. Phy. motus est actus imperfectus ipsius mobilis: at creatio nequaquàm potest esse actus mobilis: cum ad ipsam creationem nullum concurrat mobile. erit igitur actus perfectus creātis Dei: quia, vt recte Diuus Thomas in quest. disputatis, & in prima parte sum. ac in 2. contrà Gentil. asserit, creatio est munus solius Dei. Addidi, quo creabile ex non esse ponitur in esse. dixi (ponitur): non aūt (transmutatur) quoniā creatio nō est transmutatio, benè per creationē creabile ex non esse constituitur in esse. At qūo distinguatur à generatione nūc declaro, dicoq́, quòd multipliciter distinguitur, & primo rōne subiecti: quia creatio nullū postulat subiectū ex quo sit, quod subiectū exigit ipsa generatio. oē. n. quod generatur prærequirit

Creatio solius Dei est munus.

Creatio distinguitur à generatione quinque modis.

Prima differentia.

rit

rit ſubiectum, ſeu materiã, ex cuius potentia forma ipſa educitur per tranſmutationem ab ipſo agente; quod non ſic ſe habet de creatione cum in ipſa creatione, agens ſeu ipſum creans non expoſtulet materiam ex cuius potentia formam educat ad actum, benè prærequirit ſubiectum, ſeu materiam in qua forma recipiatur; ſicut patet in propoſito noſtro. animæ enim rationales dum creantur non egent ſubiecto, ex cuius gremio educantur. benè egent ſubiecto, in quo recipiuntur: recipiuntur enim in corporibus humanis. Differunt ſecundo, creatio, & generatio ex parte generis, cum generatio omnis ſit tranſmutatio, & ideò Ariſtoteles. 5. Phy. eam diffiniebat ſic, Generatio eſt trãſmutatio de non eſſe ad eſſe: at creatio non eſt tranſmutatio: cuius ratio eſt, quia omnis tranſmutatio exigit ſubiectum, quod defert tranſmutationem, & quod tranſmutatur: at in creatione non adeſt ſubiectum,

Creatio non exigit ſubiectum ex quo, ſed in quo.

Secunda differentia.

quod

quod transmutetur: Neq; est audiendus Ioãnes Bachonita, qui in 2. Sent. dist. prima dixit, creationem dici transmutationẽ, non quidem subiecti, sed termini: eo quia id quod nõ est, per creationẽ transmutatur ad esse. Hæc eius sententia non est approbanda; quia secundum Aristotelem omnis transmutatio est circà subiectum, & in subiecto: id autem quod est de diffinitione alicuius, necessario ad illud sequitur: at subiectum ponitur in diffinitione transmutationis: cũ transmutatio sit actus ipsius transmutabilis. igitur creatio non erit transmutatio circà terminum. Amplius, si creatio esset transmutatio termini, sequeretur quòd in generatione consideraretur duplex transmutatio, & circà subiectum, & circà terminum: deducitur consequentia, quia cum generatio sit transmutatio, omnis transmutatio præcedit terminum, & postulat subiectũ. ergo &c. Nec etiam erit approbandum id, quod

Creatio an possit dici trãsmutatio.

Opinio Bacho.

Confutatio.

Opinio Scoti. *quod dicitur à Ioanne Scoto in 2. Sent. dist. prima, Quæst. 5. qui voluit creationem posse attribui tum simplici, tum composito. attribuitur simplici creatio, quãdo ipsa soli formæ attribuitur; sicuti quãdo animæ humanæ quotidie creantur: composito verò attribuitur, veluti quãdo dicimus, In principio creauit Deus Cælum, & terram: tunc enim creauit composita, si igitur loquamur dicit Scotus de creatione rei simplicis, illa non potest dici transmutatio: at si loquamur de creatione rei compositæ, talis potest dici transmutatio; cuius ratio est, dicit ipse, quia in composito reperitur materia, quæ ita se habet post creationem, quòd prius nõ ita se habebat. Hæc inquã eius determinatio non est admittenda; ratio est, quia Aristoteles vult ad transmutationem ita requiri subiectum, vt ipsum sit quod deferat transmutationem, maneatq; idem sub vtroq; termino, vt ab ipso Aristotele habetur in 5.*

Creatio simplici rei attribuitur, & compositæ.

Confutatio.

Phy.

Phy. quo in loco declarãs quid nominis mutationis dixit, quòd mutatio denotat post aliud, aliud cum de notione ipsius mutationis sit, vt subiectum maneat idem sub vtroque termino: in creatione autem res non sic se habet; cum subiectum non deferat creationem, & mutationem, cum etiam subiectum non permaneat idem sub vtroque termino. materia enim prius non erat. concludamus igitur, quòd creatio nullo modo potest dici transmutatio, sicut rectè censuit Diuus Thomas in secundo contrà Gentiles. Differunt tertio creatio, & generatio ratione terminorum: cum enim generatio verè sit mutatio habet duos terminos, quos terminos non habet creatio: cùm ipsa nullo modo sit mutatio: quando autem dicimus in creatione rem transire de non esse ad esse, attendatur, quòd tunc non manifestamus terminos, sed solum

Tertia differentia.

[illegible]

lum

lum indicamus ordinem, & manifestamus rem illam ex nihilo fieri. Distinguuntur quarto creatio, et generatio ex parte temporis; quia omnis generatio fit in tēpore, vel ratione sui, vt si formæ intendantur, & remittantur, seu suscipiant magis, & minus; sicuti sunt formæ elementorum secundum Auerroem, vel fiet in tempore ratione concomitantium, ratione. s. motus, & alterationis, quorum generatio est finis. at creatio nullo modo fit in tempore: Immò est suprà tempus. Vltimo differunt ratione causæ efficientis. generans namq; proximum est quidem materiale, cum ipsum generans generet per motum, & alterationem: at creans est aliquid suprà corpus, est incorporeũ, ac immateriale, intransmutabileq;, & inalterabile, creansq; non creat per mutationem, & alterationem, sed absq; mutatione, & alterationes hocq; soli Deo conuenit. Quibus sic declaratis, ostendo creationem dari ad mentem

Quarta differentia.

Vltima differentia.

peripatetico-

peripateticorum, & in primis accipio autoritatem Aristotelis. 2. de Gener. Animal. cap. 3. quo in loco considerans Aristoteles quo pacto partes animæ producantur, deueniens ad intellectum dixit, Intellectum nobis de foris aduenire; tunc sic arguo, si intellectus nobis de foris accedit; ergo intellectus non producitur per transmutationem: igitur intellectus dicitur crearis & præsertim, cum intellectus sit æternus; non enim potest habere ortum per generationem: alioquin esset corruptibilis: cũ omne genitũ sit corruptibile, ut patet ex Aristotele primo Cæli, qui dixit, genitum, & corruptibile ad inuicem conuerti. Quæ sententia adhuc confirmatur per Aristotelis verba, primo de Anima tex. 65. dicentis, Intellectum innasci substantiam quandam existentẽ, et non corrumpi. Si sic sequitur ergo intellectum de foris solũ aduenire iussu Creatoris. Quòd etiam confirmatur ex Auerroe Tertio de Anima

Rationes quib. probatur dari creationem secũdum peripateticos.

Intellectus incipit esse per creationem.

ma Com. 5 dicente, intellectum, & alias anima virtutes esse res factas à motore extrinseco, vt est famosum ex opinione Aristotelis, et omnium peripateticorum: quare sequitur, intellectum extrinsecus solum aduenire. Quod dictum non erit intelligendum, quòd Deus ipsum causet extrà corpus: sed dicitur de foris accedere: quia Deus ipsum educit de virtute sua, & non ex aliquo materiali principio. Hoc idem secundo comprobo ex ratione Dei: cum enim Deus sit infinitæ virtutis, collocetur què suprà omnia, suprà tempus, corpus, & materiã, in sui igitur operatione nihil præsupponet, cum agentia particularia ob eorum imperfectionẽ multa in suis operibus præsupponant, cum ergo primum agens propter illius præstantiam, ac nobilitatem nihil præsupponat, sequitur igitur hunc primum agentem Deũ inquàm ipsum cũ res producit, ipsas ex nihilo producere, ipsasq́; creare. Quę ratio adhuc

adhuc magis confirmatur, quia cum Deus sit infinitæ potẽtiæ, ac virtutis: potest igitur creare, si potest creare; ergo creat: probatur consequentia, quia in æternis esse, & posse non distinguũtur, vt habet Aristoteles Tertio Phy. in fine tex. 32. Et si quis diceret, has rationes nihil concludere, cum innitantur in fundamento falso, nempè Deum esse infinitæ virtutis in via Aristotelis. quia si sic, igitur moueret in non tempore; sicut colligitur ex octauo Phy. tex. 79. Etiam quia si sic, posset igitur ex nihilo aliquid facere: cuius oppositum asserit Aristoteles Primo Phy. tex. 33. & 34. ac 71. Insuper Deus non potest facere alium mundum, iuxtà doctrinam Aristotelis Primo de Cælo textu 92. igitur non est infinitæ virtutis. Accedit sententia Aristotelis secundo Cæli tex. 67. vbi docet motores adeò ipsis mobilibus proportionari; quòd si ipsis adderetur

Deus an sit infinitæ virtutis peripatetice.

vna stella, non possent moueri à sua intelligentia, quomodo igitur Deus erit infinitæ virtutis? Quod adhuc cõfirmatur, cũ Aristoteles. 3. Phy. ac primo Cœli diffusè probet nõ dari infinitũ actu: hæc omnia probant Aristotelẽ negaße Deum esse infinitæ virtutis. Quibus omnibus respondeo, talia nihil concludere: primum non, quia Aristoteles ibi supponit illam virtutem infinitam esse materialem, seu esse in corpore; tunc enim ageret quantum posset; at cum Deus sit extrà materiam, non agit nisi secũdum proportionem ad ipsum mobile, ac, vt natura illius exposcit. Nec etiam secundũ quicquã cogit: nisi loquendo iuxtà naturalem rerum ordinem, ac de naturali actione, de qua ibi loquebatur, dum dicebat, ex nihilo nihil poße fieri: sicq́ nihil ex nihilo creari, admittit tamen omnia à prima causa esse, nec negat quin mundus à Deo ab æterno fuerit productus. Si autem non poßit facere aliũ.

mundum.

mundum, nec actu infinitum, ob id non sequitur, quòd sit virtutis finitæ: & quòd ei desit potestas. Sed horum ratio est, quia talia implicant, nec possunt fieri: adeò quòd defectus non est ex parte opificis, sed ex parte rerum. Insuper, si negat dari infinitum actu, id tãtum verificatur de infinito in quantitate: sicut suprà fuit adnotatum; proutq; apertè ab Aristotele colligitur à tex, 35. vsq; ad tex. 39. eiusdem Tertij Libri Phy. Licet etiam motores sint sic proportionati ipsis mobilibus quòd si ipsis aderetur vna stella, ab ipsis non possent moueri. id est verum loquendo in vniuersali de ipsis intelligentijs, quæ mouent; non autem de Deo: cuius diuersitatis ratio hæc est, quia ipsæ intelligentiæ ipsis orbibus sunt alligatæ, habentque virtutem limitatam ipsis orbibus; secus autem est de ipso Deo, cum ipsum virtutis infinitæ solũ Aristoteles faciat. Vel dicam dictum illud, Motores esse adeò ipsis orbibus

proportionatos &c. veritatem habere de naturali actione: non autem de supernaturali, seu miraculosa. Sed adhuc prosequor principale propositum, & ostendo dari creationem, quæ sic manifestatur considerando hunc ordinem, quòd agens quantò magis præstantius est, tantò pauciora semper in suo opere præsupponere. humani enim artifices, cum ignobiliores sint, versantur circà materiam in actu: agentia verò naturalia, cùm illis sint præstantiora; idcircò præsupponunt materiam in potentia existentem; Deus igitur, cum omnium sit agens præstantissimum nihil præsupponet; sicquè transferret res ipsas de non esse ad esse, nulla præsupposita materia: igitur illas creare poterit. Quæ conclusio adhuc quartò manifestatur, considerando verba Aristot. 2. Metaphy. tex. 4. vbi probat dandam esse vnam primam causam efficientem omnium aliorum à se, quæ

Quod detur creatio adhuc probatur

prima

prima omnium causa efficiens est Deus benedictus. & ideò Primo Cæli, ac 12. Metaphy. textu 38. dixit, quòd à Deo, qui est omnium prima causa dependet Cælum, & natura tota, ex quibus apertè colligitur, quòd Deus est agens independés; aliter non eßet primum agens simpliciter; tunc sic arguo, Deus est agens independens, ergo agit nullo præsupposito, si sic, igitur creat. Insuper, hanc creationem quo ad istam conditionem, quæ est produci de non esse ad eße absquè transmutatione, colligitur ex ipsa natura, quæ producit lucem, & species sensibiles absquè transmutatione. lux enim in diaphano recipitur absquè vlla materiæ transmutatione, de forisquè venit ab ipso diaphano, pariter censendum est de speciebus sensibilibus, vt quãdo sensibile agit in sensum, vt albedo in oculum; tunc emittit suam speciẽ, quæ

ſpeties ad occulum defertur mediãte aere diaphano, ſed nequaquàm producitur à potentia materiæ per tranſmutationem, igitur dicendũ eſt hæc talia habere prædictam creationis cõditionem; Quæ ſentẽtia adhuc comprobatur, conſiderãdo modum, quo generantur colores, ſapores, odores, & omnes aliæ ſecundæ qualitates in ipſo mixto. Nam exempli gratia, de nouo nunc generatur mixtum ex elementis, quæ elementa iuxtà Ariſtotelis doctrinam Tertio Cæli carent coloribus, ſaporibus, odoribus, omnibusq; alijs ſecundis qualitatibus, quibus omne mixtũ eſt præditum. eſt enim dulce, album, vel alia conſimili qualitate præditum; & cũ non ſit aſsignare ex quo genita, & educta ſit illa albedo, vel alia talis qualitas in ipſo mixto, ex quo, inquã, elemẽta, ex quibus tale mixtum conſtat, omnibus illis qualitatibus ſint expertia; neceſſe eſt igitur dicere tales qualitates aliquem creationis

modum nobis manifestare: cum & ipsæ transeant de non esse ad esse. consimiliter res ita se habet in earumdem corruptione. cum namq; corrumpitur mixtum, resoluitur in ipsa elementa, tunc corrumpitur illa albedo, & quælibet alia talis qualitas, ad quarũ corruptionẽ nullius sequitur generatio: quemadmodum ẽt ad generationẽ earumdem secundarum qualitatũ, nullius alterius qualitatis est corruptio: sequitur ergo fore dicendũ tales secundas qualitates fieri ex nihilo, in nihilumq; redigi, licet hæc non propriè dicatur creatio: cùm deficiat conditio illa, quæ est à solo Deo produci; huiusmodi verò prædicta fiunt ab agẽtium naturaliũ virtute. Postremò, utor ratione, qua ytitur Ioannes Gram. 9. disput. contrà Proclum Cap. 11. & in subsequentibus. Inquit Ioannes, communis est omnium phylosophorum sententia hæc, ex nihilo nihil fieri, & ego inquit ipse, dico oppositam huic sententiã

esse veram, quòd omne quod fit, fit ex nihilo; quam sententiam sic probo, dicit Ioannes, illud, quod præcipuè dicitur fieri: est forma, & non compositum, nec materia, quæ forma ex nihilo sui producitur. ergo creatur: in nihilumquè etiam redigitur: ergo anihilatur: ergo creatio, & anihilatio datur. Declaro magis hanc rationem. Dicit Ioannes, id, quod fit præcipuè est forma, nequaquàm compositum, nec materia; ratio est, illud, quod fit non est materia: quia materia est æterna, id autem, quod est æternum, non fit, nec corrumpitur, sed semper est; nec etiam compositum est illud, quod principaliter, & propriè fit: Ratio est, dicit Ioannes, quia compositum dicitur fieri, vel corrumpi ratione ipsius formæ, igitur id quod propriè fit, erit forma; cum ipsa sit illa, quæ prius non erat, deindè per transmutationem esse dicitur; adeò quòd ipsa forma

est,

est quæ transit de non esse ad esse: composi-tum verò ratione formæ. igitur forma propriè illa erit, quæ fit, & similiter quæ corrumpitur. sed forma, dicit Ioannes, ex nihilo sui fit, & hoc probat, nam si producitur, exempli gratia, forma ignis in ligno, nihil formæ ignis erat in ligno, igitur forma ignis ex nihilo sui producitur in ligno. Nec est dicendum, dicit Ioannes, materiam præfuisse; cuius ratio est, quia forma non fit, nec producitur ex materia; sed fit, producitur què ex nihilo sui. igitur creatur: consimiliter est dicendum de eius corruptione, tota forma aboletur, in nihilumquè resoluitur: ergo anihilatur: & sicut datum est exemplum de forma ignis, pariter est idem dicendum de omni, & qualibet alia forma; quare concludit Ioannes oppositam omnium communiter philosophantium sententiam esse approbandam om-

ne quod fit, fieri ex nihilo ſui: & omne, quod corrumpitur in nihilum ſui recedere, Creatio igitur, & anihilatio dabitur. Quid autem ſit, vnum quodq; illorum, quo etiam modo differat à generatione, & corruptione conſideranti erit ſatis manifeſtum. et quomodo rationibus illorum, qui negant illam dari, ſit occurrendum ſatis adhuc conſtabit, à quibus nunc ſuperſedeo breuitatis cauſa: cum fortaſſe lõgius, quàm par erát, à propoſito ſim digreſſus. Ad quod iterum rediens, proſequor ſatisfaciẽdo rationi vltimæ illorum, qui negabant animæ rõnalis pluralitatẽ, dicebantq; eã repugnare fundamentis Ariſtotelis; & hoc ſic probabant. Mortuo exempli gratia Socrate, aut anima quæ corpori illius erat vnita; remanet ſeparata ab illius corpore, aut alteri reunitur corpori, quorum vtrunq; eſſe abſurdum fuit probatum. Cuius argumenti facilis eſt ſolutio ſecundum D. Thomam, qui inquit,

Solutio vltimæ rationis probãtis vnitatem ĩtellectus

ipſam ſeparatam remanere, & nequaquàm priuari actu intelligendi, qui erat ſui propria operatio. Dicebatur cõtra, abſq; ſenſu nihil intelligit, Dicit D. Thomas, hoc eße verum, dũ ipſa eſt in corpore, at ſeparata à corpore ſine ſenſu intelligit, ac perfectiori modo. ſicut enim tunc ei eſt alius eſſendi modus, & longè perfectior, ſic quoq; tunc alium operandi modum, & longè perfectiorem habet. Et ſi quis dicat, cur de hòc alio intelligendi modo perfectiori non habuit verba Ariſtoteles *in 3 de Anima Lib. eſt reſpondendum, cum D. Thoma in fine expoſitionis tex. 20. eiuſdem Tertij libri de* Anima, *qui dixit, illum modum omiſiße Ariſtotelem, quia non erat munus naturalis philoſophi de illo pertractare. Concludendum eſt igitur opinionẽ* Auerrois, *ac aliorũ ipſum inſequentium eſſe erroneam, nec vllam habere veritatem, cum autoritates Ariſtotelis, ac rationes ab ipſo deſumptæ illi repugnent: cũq;*

Anima abſq; ſenſu nihil intelligit quomodo ſit verum.

Intellectus noſtri duplex eſt modus intelligendi.

ſuæ

ſuæ rationes, aliorumquè ipſum inſequentium nullius ſint roboris. Nec eſt quòd quis me redarguat, ſi plures alias rationes illius Pomponatij hanc improbam Auerrois opinionem inſequentis omiſerim, quia cum illis iuxtà Ariſtotelis doctrinam doctè ſatisfecerit olim Reuerendus Magiſter Chriſoſtomus Iauellius ordinis Prædicatorum tunc in almo eorumdem ſtudio Bononiæ Regens; Theologus celeberrimus, ac Philoſophus acutiſſimus, illas omiſſi; quilibet tamen eas poterit videre in ſuo tractatu de indeficientia animæ humanæ, quem ſic inſcribit; cum eiſdem etiam ſatisfecerit iuxtà doctrinam Catholicæ fidei in ſuo tractatu annexo, ſeu impræſſo cum libello illius Petri Pomponatij, (quem falſo tamen) ille Pomponatius inſcripſit, (de immortalitate animæ.) Sat nobis nunc fuit difficilioribus fecisſe ſatis. Omiſſa itaquè hac Auerrois er-

ronea

ronea opinione, reperio secundum dicendi modum extremum; qui asserit, animam rationalem esse numero multiplicatam; modus tamen ille est tripartitus, prò ut habuit tres fautores. Primus modus fuit Platonis, qui in Phedone, in Thymeo, in 10. de legibus statuit animam rationalem æternam, numeroquè multiplicatam, & in hoc rectè sentit. Addit tamen Plato, quòd ista multiplicatio erat à Deo ab æterno, & non de nouo; ita quòd Deus creauit omnes animas ab æterno, in quodam certo numero sub Zodiaco; tanquàm sub primo omnium generabilium seminario: dixit etiam, qnòd in principio creationis cuiuslibet animæ ei inditæ erant omnes scientiæ, sicut etiam qualibet virtute erat prædita ex liberalitate diuini boni, quæ scientiæ, & virtutes in ea obscurebantur à corpore, in quo intrusa erat ibi existens,

Opinio Platonis de pluralitate animæ.

Deus creauit oēs animas ab æterno secundum Platonē.

tens, tanquàm in carcere, propter ipsius corporis terrestreitatem. dum vero ab ipsis excitabatur sensibilibus, scientias, & virtutes ante habitas reminiscendo sibi parabat: non auté de nouo, & non secus erat de anima nostra, (vt exempli gratia dicam,) quàm sit de ipso numismate cuius imago ob vetustatem est obliterata, quæ fricatione demũ restauratur; non autem de nouo fit illa effigies in numismate, sic, & de anima nostra esse dicebat Plato, quæ studio, & exercitatione bonarum artium de nouo non aquirit scientias, sed ante habitas constituit: & ideo scire nostrum non erat de nouo, sed erat quodam reminisci. Addidit etiam Plato, quòd si anima rectè vixerit dum erat in corpore, ipso dissoluto reuertetur ad proprium locum nempè ad stellas sibi compares, quæ secundum ipsum sunt illæ, quæ tribuunt vitam, cum sint corporum mensuræ; ibiq; permanebit in sua beatitudine: at

si vitiosè vitã duxerit, non reuertetur ad proprium locum. sed detrudetur in aliud corpus, ac ibi permanebit vsq; dum erit à vitijs expurgata, illo postea corpore dissoluto, reuertetur ad proprium locum, ad stellam sibi comparem, quo redditu animarum completo ad stellas sibi compares, completus erat annus magnus. dixit Plato; cuius hæc tota fuit opinio. Et ad hoc asserendum, motus fuit Plato isto fundamento, Ab æterno ente, & necessario nihil nisi æternum immediatè potest prouenire. in quo fundamento Aristoteles etiam videtur conuenire; & ideo in 8. Phy. sub alijs verbis dixit Auerroes, Ab æterna volunta te nulla actio noua prouenit absq; eius mutatione, Sed contra hanc Platonis opinionem insurrexit rectè D. Thomas in 2. contra Gentiles, tali ratione, Si anima ab æterno est creata, cum corpori vnitur, aut illi secundum naturam vnitur, aut præter naturam, aut voluntate

Annus magnus Platonis, quando erat completus.

Opinionis Platonis fundamẽtũ.

Opinio Platonis confutatur à Diuo Thoma.

Ratio D. Thomæ cōtra Platonē, dicentē animas à Deo ab æterno fuisse creatas.

luntate sua, aut diuina; Sed nullo istorū modorum potest dici: ergo talis opinio est falsa. Probat minorem, primo non potest dici, quòd illi naturaliter vniatur: quia si sic, anima igitur, cum ab ipso dissoluitur, ab eo violenter recederet, quod falsum est asserere: quia, cum anima à corpore recedit secundum Platonē, ascendit ad perfectiorem statum; ascendit.n. ad stellam sibi comparem, in qua perfectius intelligit. quocircà ille ascensus ipsi animæ magis erit naturalis, quàm illa vnio cum corpore. Nec potest dici, quòd corpori præter naturam vniatur. ratio est; Si enim sic esset, igitur homo non esset ens naturale cum ipsius corporis, ac animæ vnio sit violenta, et præter naturā. Hō igitur ex tali vnione præter naturā facta nō erit ens naturale: Nec tertiū potest affirmari, nempè quòd sui voluntate vniatur corpori quia si sic, ad peiorem descéderet statum. nihil autem ad peiorem statum descen-

descēdit, nisi deceptus; deducitur consequētia si .n. voluntariè descēdit ad corpus regēdum, descēdit igitur ad peiorē statū quo prius erat; cū prius à corpore, nec ab aliis perturbationibus erat affecta, à quibus demū molestatur cū corpori est unita. Impossibile est etiā dicere eā à volūtate diuina corpori uniri, quia illa quæ Deus ab æterno condidit, nō demādat ad deteriorē statū illo, in quo talia creauit, sed in perfectiori illa conseruat, uel ad perfectiorem statū ea ducit. cuius oppositū sequitur si anima tali modo corpori uniatur. quare sequitur, opinionē Platonis asserentis animas fuisse ab æterno in determinato numero à Deo creatas quarū quælibet descendit ad propriū regendū corpus esse falsā. Quæ adhuc ratione naturali cōfutatur, quia tunc sequitur Platoni dicere animā esse per se mobilē, quod prò absurdo habuit Arist. primo de aīa, et sexto Phy. cum omne mobile sit corpus diuisibile habeatq; par

tes diuersas, quarũ una est in termino à quo, alia in termino ad quẽ: at aĩa rõnalis est indiuisibilis: igitur moueri nõ poterit. Quòd uerò sequatur aĩã moueri secũdũ eius opinionẽ, patet, nã asserit Plato quòd aĩa recedit à stella sibi compari ad propriũ corpus: & è cõtra à corpore recedit, & ascẽdit ad stellã sibi cõparem, qui ascẽsus est motus, similiter, et descensus: aĩa igitur motu locali mouebitur per se, Nec fundamentum Platonis, cui Aristoteles videtur subscribere, quicquàm cogit Cũ effectus productus ab æterno agente sit duplex, iuxtà Aristotelis doctrinam; prò ut etiã duplex est actio secundum Aristotelem 9. Metaph. alia immanens, alia transiens, ideò actio, quæ est in Deo erit quoq; duplex, actio immanens est, quæ in nullam exteriorẽ transit materiam, de qua si sermo sit; verum est, quòd ab agente æterno, & necessario non nisi æternum prouenire posse; quia si secus esset,

Agens æternum nihil immediatè producit nisi æternũ, quo modo sit verum.

Actio duplex in Deo.

Actio imanens quid sit.

tunc

tunc mutatio in illo agēte æterno esset? Actio transiens illa dicitur, quæ in exteriorem transit materiam, quæ magis est perfectio passi, quàm ipsius agentis, quæ actio nullam arguit mutationem in agente, sed in passo, de qua si loquamur, non est inconueniens secundum Aristotelem, quin à Deo producatur anima de nouo absq; sui mutatione: & si aliqua erit mutatio, illa non erit in Deo, sed in causis secundis, vel in ipso susceptiuo. quare si illa propositio debet esse vera secundum Aristotelis doctrinam sic erit limitanda, Ab agēte æterno non prouenit effectus nouus absq; mutatione ipsius agentis, addatur, vel ipsius susceptiui, seu ipsius passi. quæ propositio sic limitata, in proposito de anima rōnali habebit veritatem: cum ad eam nullum sequatur inconueniens. in tali enim productione nulla est mutatio in Deo: sed in causis secundis, vel in ipso susceptiuo.

Actio transiēs quid sit.

ne quod fit, fieri ex nihilo ſuis & omne, quod corrumpitur in nihilum ſui recedere, Creatio igitur, & anihilatio dabitur. Quid autem ſit, vnum quodq; illorum, quo etiam modo differat à generatione, & corruptione conſideranti erit ſatis manifeſtum. et quomodo rationibus illorum, qui negant illam dari, ſit occurrendum ſatis adhuc conſtabit, à quibus nunc ſuperſedeo breuitatis cauſa: cum fortaſſe lõgius, quàm par erát, à propoſito ſim digreſſus. Ad quod iterum rediens, proſequor ſatisfaciẽdo rationi vltimæ illorum, qui negabant animæ rõnalis pluralitatẽ, dicebantq; eã repugnare fundamentis Ariſtotelis; & hoc ſic probabant, Mortuo exempli gratia Socrate, aut anima quæ corpori illius erat vnita; remanet ſeparata ab illius corpore, aut alteri reunitur corpori, quorum vtrunq; eſſe abſurdum fuit probatum. Cuius argumenti facilis eſt ſolutio ſecundum D. Thomam, qui inquit,

Solutio vltimæ rationis probãtis vnitatem ĩtellectus

ipſam

ipsam separatam remanere, & nequaquàm priuari actu intelligendi, qui erat sui propria operatio. Dicebatur cōtra, absq; sensu nihil intelligit, Dicit D. Thomas, hoc eße verum, dū ipsa est in corpore, at separata à corpore sine sensu intelligit, ac perfectiori modo. sicut enim tunc ei est alius essendi modus, & longè perfectior, sic quoq; tunc alium operandi modum, & longè perfectiorem habet. Et si quis dicat, cur de hòc alio intelligendi modo perfectiori non habuit verba Aristoteles *in 3 de Anima Lib. est respondendum, cum D. Thoma in fine expositionis tex. 20. eiusdem Tertij libri de* Anima, *qui dixit, illum modum omisiße Aristotelem, quia non erat munus naturalis philosophi de illo pertractare. Concludendum est igitur opinionē* Auerrois, *ac aliorū ipsum insequentium esse erroneam, nec vllam habere veritatem, cum autoritates Aristotelis, ac rationes ab ipso desumptæ illi repugnent: cūq;*

Anima absq; sensu nihil intelligit quomodo sit verum.

Intellectus nostri duplex est modus intelligendi.

suæ

suæ rationes, aliorumquè ipsum insequentium nullius sint roboris. Nec est quòd quis me redarguat, si plures alias rationes illius Pomponatij hanc improbam Auerrois opinionem insequentis omiserim, quia cum illis iuxtà Aristotelis doctrinam doctè satisfecerit olim Reuerendus Magister Chrisostomus Iauellius ordinis Prædicatorum tunc in almo eorumdem studio Bononiæ Regens; Theologus celeberrimus, ac Philosophus acutissimus, illas omissi; quilibet tamen eas poterit videre in suo tractatu de indeficientia animæ humanæ, quem sic inscribit; cum eisdem etiam satisfecerit iuxtà doctrinam Catholicæ fidei in suo tractatu annexo, seu impræsso cum libello illius Petri Pomponatij, (quem falso tamen) ille Pomponatius inscripsit, (de immortalitate animæ.) Sat nobis nunc fuit difficilioribus fecisse satis. Omissa itaquè hac Auerrois erronea

ronea

ronea opinione, reperio secundum dicendi modum extremum; qui asserit, animam rationalem esse numero multiplicatam; modus tamen ille est tripartitus, prò ut habuit tres fautores. Primus modus fuit Platonis, qui in Phedone, in Thymeo, in 10. de legibus statuit animam rationalem æternam, numeroquè multiplicatam, & in hoc rectè sentit. Addit tamen Plato, quòd ista multiplicatio erat à Deo ab æterno, & non de nouo; ita quòd Deus creauit omnes animas ab æterno, in quodam certo numero sub Zodiaco; tanquàm sub primo omnium generabilium seminario: dixit etiam, qnòd in principio creationis cuiuslibet animæ ei inditæ erant omnes scientiæ, sicut etiam qualibet virtute erat prædita ex liberalitate diuini boni, quæ scientiæ, & virtutes in ea obscurebantur à corpore, in quo intrusa erat ibi existens.

Opinio Platonis de pluralitate animæ.

Deus creauit oēs animas ab æterno secundum Platonē.

stens.

tens, tanquàm in carcere, propter ipsius corporis terrestreitatem. dum vero ab ipsis excitabatur sensibilibus, scientias, & virtutes ante habitas reminiscendo sibi parabat: non auté de nouo, & non secus erat de anima nostra, (vt exempli gratia dicam,) quàm sit de ipso numismate cuius imago ob vetustatem est obliterata, quæ fricatione demũ restauratur: non autem de nouo fit illa effigies in numismatè, sic, & de anima nostra esse dicebat Plato, quæ studio, & exercitatione bonarum artium de nouo non aquirit scientias, sed ante habitas constituit: & ideo scire nostrum non erat de nouo, sed erat quodam reminisci. Addidit etiam Plato, quòd si anima rectè vixerit dum erat in corpore, ipso dißoluto reuertetur ad proprium locum nempè ad stellas sibi compares, quæ secundum ipsum sunt illæ, quæ tribuunt vitam, cum sint corporum mensuræ; ibiq; permanebit in sua beatitudine: at

si vi-

si vitiosè vitã duxerit, non reuertetur ad proprium locum. sed detrudetur in aliud corpus, ac ibi permanebit vsq; dum erit à vitijs expurgata, illo postea corpore dissoluto, reuertetur ad proprium locum, ad stellam sibi comparem, quo redditu animarum completo ad stellas sibi compares, completus erat annus magnus. dixit Plato; cuius hæc tota fuit opinio. Et ad hoc asserendum, motus fuit Plato isto fundamento, Ab æterno ente, & necessario nihil nisi æternum immediatè potest prouenire. in quo fundamento Aristoteles etiam videtur conuenire; & ideo in 8. Phy. sub alijs verbis dixit Auerroes, Ab æterna volunta te nulla actio noua prouenit absq; eius mutatione, Sed contra hanc Platonis opinionem insurrexit rectè D. Thomas in 2. contra Gentiles, tali ratione, Si anima ab æterno est creata, cum corpori vnitur, aut illi secundum naturam vnitur, aut præter naturam, aut voluntate

Annus magnus Platonis, quando erat completus.

Opinionis Platonis fundamẽtũ.

Opinio Platonis confutatur à Diuo Thoma.

Ratio D. Thomæ cōtra Platonē, dicentē animas á Deo ab æterno fuisse creatas.

luntate sua, aut diuina; Sed nullo istorū modorum potest dici: ergo talis opinio est falsa. Probat minorem, primo non potest dici, quòd illi naturaliter vniatur: quia si sic, anima igitur, cum ab ipso dissoluitur, ab eo violenter recederet, quod falsum est asserere: quia, cum anima à corpore recedit secundum Platonē, ascendit ad perfectiorem statum; ascendit.n. ad stellam sibi comparem, in qua perfectius intelligit. quocircà ille ascensus ipsi animæ magis erit naturalis, quàm illa vnio cum corpore. Nec potest dici, quòd corpori præter naturam vniatur. ratio est; Si enim sic esset, igitur homo non esset ens naturale cum ipsius corporis, ac animæ vnio sit violenta, et præter naturā. Hō igitur ex tali vnione præter naturā facta nō erit ens naturale: Nec tertiū potest affirmari, nempè quòd sui voluntate vniatur corpori quia si sic, ad peiorem descēderet statum. nihil autem ad peiorem statum descen-

descēdit, nisi deceptus; deducitur consequētia si .n. voluntariè descēdit ad corpus regēdum, descēdit igitur ad peiorē statū quo prius erat; cū prius à corpore, nec ab alijs perturbationibus erat affecta, à quibus demū molestatur cū corpori est vnita. Impossibile est etiā dicere eā à volūtate diuina corpori vniri, quia illa quæ Deus ab æterno condidit, nō demādat ad deteriorē statū illo, in quo talia creauit, sed in perfectiori illa conseruat, uel ad perfectiorem statū ea ducit. cuius oppositū sequitur si anima tali modo corpori uniatur. quare sequitur, opinionē Platonis aßerentis animas fuiße ab æterno in determinato numero à Deo creatas quarū qualibet descendit ad propriū regendū corpus esse falsā. Quæ adhuc ratione naturali cōfutatur, quia tunc sequitur Platoni dicere animā esse per se mobilē, quod prò absurdo habuit Arist. primo de aīa, et sexto Phy. cum omne mobile sit corpus diuisibile habeatq; par

tes diuersas, quarũ una est in termino à quo, alia in termino ad quẽ: at aĩa rõnalis est indiuisibilis: igitur moueri nõ poterit. Quòd uerò sequatur aĩã moueri secũdũ eius opinionẽ, patet, nã asserit Plato quòd aĩa recedit à stella sibi compari ad propriũ corpus: & è cõtra à corpore recedit, & ascẽdit ad stellã sibi cõparem, qui ascẽsus est motus, similiter, et descensus: aĩa igitur motu locali mouebitur per se, Nec fundamentum Platonis, cui Aristoteles videtur subscribere, quicquàm cogit. Cũ effectus productus ab æterno agente sit duplex, iuxtà Aristotelis doctrinam: prò ut etiã duplex est actio secundum Aristotelem 9. Metaph. alia immanens, alia transiens, ideò actio, quæ est in Deo erit quoq; duplex, actio immanens est, quæ in nullam exteriorẽ transit materiam, de qua si sermo sit; verum est, quòd ab agente æterno, & necessario non nisi æternam prouenire posse; quia si secus esset,

Agens ęternum nihil immediatè producit nisi æternũ, quo modo sit verum.

Actio duplex in Deo.

Actio imanens quid sit.

tunc

tunc mutatio in illo agēte æterno esset? Actio trānsiens illa dicitur, quæ in exteriorem transit materiam, quæ magis est perfectio passi, quàm ipsius agentis, quæ actio nullam arguit mutationem in agente, sed in passo, de qua si loquamur, non est inconueniens secundum Aristotelem, quin à Deo producatur anima de nouo absq; sui mutatione: & si aliqua erit mutatio, illa non erit in Deo, sed in causis secundis, vel in ipso susceptiuo. quare si illa propositio debet esse vera secundum Aristotelis doctrinam sic erit limitanda, Ab agēte æterno non prouenit effectus nouus absq; mutatione ipsius agentis, addatur, vel ipsius susceptiui, seu ipsius passi. quæ propositio sic limitata, in proposito de anima rōnali habebit veritatem: cum ad eam nullum sequatur inconueniens. in tali enim productione nulla est mutatio in Deo: sed in causis secundis, vel in ipso susceptiuo.

Actio transiēs quid sit.

nus, imaginantur isti, quòd sicut fuit de Angelis, ita esse de animabus ipsis: Angeli enim cum fuissent creati à Deo, quidam ipsi Deo adhæserunt: quidam alij ab ipso recesserũt, primi fuerunt statui perfectiori demandati: alijs, qui à placitis Dei recesserunt, status imperfectior fuit condonatus; pariter dicunt de ipsis animabus contigisse. illæ enim quæ Dei præcepta obseruarunt, corpora perfectiora obtinuerunt, quæ vero placitis Dei inobedientes fuere, cum corpore quoquè imperfectiori fuere unitæ, cum quibus permanebunt, quoad à vitijs fuerint expurgatæ. Et hanc opinionem his argumentis confirmare sunt conati, quòd scilicet animæ creatæ fuerint à Deo in instanti; quia si non, sequitur igitur quòd sint creatæ in tẽpore; si sic, igitur erunt corruptibiles: cum omne creatũ in tempore sit caducũ, & corruptibile. si ergo in tẽpore fuissent creatæ, ergo essent corruptibiles. Præterea, si in

Fundamẽta prędictæ opinionis.

tempore eßent creatæ, rueret dicunt Moisis dictum in Primo Genesis dicentis, Deum septima die ab opere quieuisse. si enim Deus animas continuè creat, et in tempore, quomodo igitur requiesceret ab opere septima die? quare dictum hoc esset falsum. igitur est dicendum, quòd creantur in instanti, sicut ratione naturali, & Theologica est deductum. Contra hos autē Angelicus *Doctor rectè inuehitur in 2. contra Gentiles, dicit què sic, data veritate huius opinionis, sequetur quòd homo non erit ens naturale; aut si erit, tunc esset à casu: quæ sunt absurda dicere, probat consequentiam, quia iuxtà hanc opinionem animæ corporibus regendis demandantur, quòd ipsis est pœnale, id autem, quod est pœnale, non est secundum naturam. cum igitur ista animæ cum corpore vnio detur in pœnam, non erit ergo naturalis: vel si est naturalis, adeò quòd ex tali vnione aliquid boni anima consequatur,*

Impugnatio tuo opinionis Niceni, Origenis & aliorū secundū D. Thomam.

Ratio D. Thomæ contrà opinionem Gregorij Nice. Origenis, & aliorum.

tur, id à casu erit. homo igitur non erit ens naturale, vel si est, erit à casu quæ ambo sunt absurda affirmare. Addo contra hanc opinio nionem argumentum hoc à Theologis desumtum: Dicunt isti, quòd sicut Angeli dum à Deo fuerunt creati, quidam meruerunt, quidam demeruerunt; & hoc, prò vt ipsi Deo adhæserunt, uel ab eius placitis recesserunt. sic quoq; de anima rationali fore dicẽdum, quòd aliqua meruit, aliqua demeruit, prò vt vna vitijs caruit, alia vero illis fuit inquinata. Huic eorum sentẽtiæ obstat dictum D. Pauli ad Roma. cap. 9. loquentis de duobus illis fratribus, de Esau, & Iacob; Dicit D. Paulus, cum nondum nati essent, aut aliquid boni egissent, vel mali, dictum est, maior seruiet minori; & vbi dictum est hoc? addas, in Primo Genesis Cap. 25. vbi dicit Moises, quòd in conceptione horum, ac dum erãt in vtero, dictum est, Iacob dilexi, Esau odio habui. si

igitur hoc de ipsis dictum fuit, dum erāt in vtero, ergo non peccauerunt à principio, sicut dicit Origenes, & alij, quare hæc opinio erit falsa, & eo magis, cum eorum fundamenta nullius sint roboris: fuit eorum primum argumentum hoc, omne creatum in tempore est corruptibile; si anima esset in tempore creata, igitur esset corruptibilis; maior propositio est falsa, & præcipuè secundum legē, quia Deus creat animā æternam à parte post, quam tamen creat creatione temporali. Cum diceba-tur, quòd rueret dictum Moysis. Primo Genesis dicētis, Deum septima die ab opere quieuisse. Hoc argumentū procedit ex malo verborum Moysis intellectu; cum illud dictum. Deum septima die ab opere quieuisse sit intelligendum de opere secundùm speciem; non autem secundùm indiuiduum: secundùm speciem quidem habet veritatem: eo quia Deus iam creauerat omnes speties rerum, quæ sunt

Soluuntur argumēta Niceni, Origenis, & aliorum.

Creatū in tempore est corruptibile est propositio falsa.

Deus septima die ab opere quieuit, quomodo sit verum.

in hoc vniuerso, in sex illis diebus, at secundũ indiuiduum dictum illud non est intelligendum, cum Deus secundùm indiuiduum ab opere non requiescat: continuè enim creat animas, & aliquod aliud particulare.

Quapropter est vltimus dicendi modus, qui verus est, & approbandus; cùm sit omnium Theologorum, ac ipsius Auicennæ in 6. Natural. par. 5. Cap. 3 & 4. sit ēt ipsius lucidissimi Themistij. 3. de Anima. Cap. 27. 28. 32. ac 39. sit quoq; ipsius Aristotelis, qui asserũt aīā rōnalē multiplicari ad multiplicationē indiuiduorũ non ab æterno, vt dicebat Plato, nec in instāti illo, quo Deus creauit mũdũ, sicut dixit Nicenus, et Origenes; sed đ nouo, q̃ multiplicatio suscipit incremētũ secũdũ pluralitatē ipsorũ corporũ: īde ē, quòd maior ē aīarũ pluralitas hodie (dicamus pro exēplo) quā heri; q̃ aīarũ pluralitas est à Deo primo oīũ cōditore immediatè; estq; noua nullo au-

Opinio vera de pluralitate animæ.

Anima rationalis multiplicatur ad multiplicationem corporũ de nouo.

Animæ rationalis multiplicatio augetur secũdum pluralitatem corporum.

Animæ rationalis pluralitas est immediatè à Deo

Animæ rationalis pluralitas nullo modo est ex virtute seminis.

Animā Deus creat, & creando illā corpori infundit

tē modo ex virtute seminis, iuxtà illud Primo Genesis, creauit Deus *hominem ex limo terræ, & insuflauit in eo spiraculum vitæ. i. animam: & ideo D.* Augustinus *ibi dixit, quòd Deus creat animam, & creādo, illam corpori infundit. quocircà creatio animæ rationalis est noua; sicut & noua est corporum generatio estq; à Deo immediatè. & hanc opinionem volunt omnes Theologi, approbandaquè est secundum* Aristotelem; *sicut patet ex autoritatibus ab eo desumptis, & ex rationibus adductis contrà positionem falsissimā Auerrois, quā superius confutauimus, ostendēdo illam* Aristotelis *repugnare. & rationibus eius, seu fundamentis naturalibus, ac ipsi veritati, soluendo etiam ipsius, & sequacium fundamenta; quas autoritates, & rationes non amplius adducam, breuitatis gratia. Hæc igitur sufficiciant prò presenti quæstione ad laudem* Iesu *Christi, qui semper sit benedictus.*

An

AN ANIMA RATIONALIS SIT FORMA SVBSTANTIALIS Informans, vel aſsiſtens.



Ertia difficultas in ordine ſatis difficilis examinanda eſt; ex quo anima rationalis eſt forma ſeparata à materia, ac numero multiplicata ad multiplicationem indiuiduorum, ſupereſt videre, an ſit forma ſubſtantialis dans eſſe ipsi homini, an ſit tantum aſſiſtens In qua difficultate cum abſolutè loquendo, rei veritas ſit; quòd eſt forma ſubſtantialis dans eſſe, ſeu informans: adeoq; hæc veritas ſit perſpicua, quòd non opus ſit dubitare; tantum igitur mentem Ariſtotelis inquiremus; quidq; ipſe ſenſerit aperiemus. Et quia hancdifficultatem breuiter

ter intendo pertractare, ideo in primis propo nam quæ fuerit Aristotelis sententia in hac re, qua habita facile erit secus sentientes confutare, ac eorum rationibus satisfacere: et eo maximè, cum rectum sit sui iudex, & obliqui, vt habetur ab Aristotele. Primo de Anima tex. 85. Aperiendo itaq; mentem Aristotelis, Crediderim ipsum voluisse animam rationalem esse formam substantialem humani corporis dantem illi & esse, & operari; prò vt etiam ita diiudicauit Doctor Sanctus. 2. contra Gentiles, ac Grego. Arim. 2. Sent. dist. 16. quæst. prima, qui Doctor Sanctus loco allegato opinionem Auerrois secus sentientis his confutauit argumentis, suamq; opinionem ex consequenti esse veram comprobauit. Primò sic arguit, omnis actus primus corporis, physici, organici est eius forma substantialis dans illi esse; anima rationalis est actus primus corporis physici, organici; ergo

Rectum iudex est sui, & obliqui.

Opinio D. Thomę, & vera.

Anima rationalis est forma substantialis dās esse, & operari homini,.

D. Thomas contra Auerroem.

anima rationalis ipsius erit forma substantialis dans illi eße. maior propositio est Aristotelis. 2. de anima ad principium, vbi voluit actum primum eße principium essendi: actũ verò secũdũ esse principium operandi. minor ẽt propositio est satis manifesta, cũ illa sit diffinitio oĩ aĩæ cõueniẽs. Insuper, quod est principiũ eßẽdi, ẽ forã substãtialis dãs eẽ: aĩa rõnalis ẽ principiũ eẽndi. igitur dabit esse. hæc tota rõ secũda colligitur ex his, quæ docuit Arist. 2. de Anima tex. 12. ac in tribus subsequentibus, ĩ quibus dicebat, aĩã esse principiũ, quo viuimus, quod viuere est viuẽtibus esse. Amplius, vnius per se operationis est vnum ens per se operans: intellectio est vna per se opeartio; igitur eius erit vnum ens per se operans. omne autẽ ens per se operans constat ex duabus partibus, quarum vna est vt materia, alia vt forma informans. homo est ens per se operãs: neceße est ergo, quòd cõstet ex duabus

partibus,

partibus, quarum una sit vt materia, alia sit forma informans; hæc forma informans nulla alia esse potest, quàm anima rationalis; ergo anima rationalis erit forma substantialis informans. Vltimò arguit D. Thomas argumento sumpto à formis corporum cælestium, quæ secundum Aristotelem ne dum assistunt, sed informant corpora cælestia, & sic raciocinatur, Cælum est animatum, ergo intelligentia est eius anima; ergo etiam erit actus primus eiusdem: ergo erit eiusdem forma substantialis; primum assumptum, nempè cælum est animatum, habetur ab Aristotele secundo Cæli, vbi probat ipsi cælo inesse sex differentias positionis, dextrum, sinistrũ, ante, retro, sursum, & deorsum ex natura rei, quæ differentiæ positionis ex natura rei nulli competere possunt præterquàm ipsis animatis secundum Aristotelem ibidem Secundo Cæli. igitur corpus cæleste erit animatum,

igitur intelligentia erit ipsius anima: & per consequens actus primus, ac forma substantialis dans esse Quod argumentum confirmatur per ea, quæ docuit Aristoteles 8. Phys. Nihil ex se mouetur, nisi animatum. inanimata enim mouentur à generante, vel à remouente prohibens; cælum ex se mouetur; igitur est animatum, sed inteligentia est ipsius anima, quæ anima est actus primus; qui actus primus est principium eßendi: ergo à primo ad vltimum intelligentia erit forma substantialis ipsius cæli, dãs eße ipsi cælo, quæ ratio erit eadem de anima rationali respectu corporis humani; sicut est de ipsis intelligentijs respectu ipsorum orbium, Hæ sunt rationes, quibus D. Thomas loco allegato suam fundat opinionem, ac confutat positionem, quæ communiter Auerroi ascribitur, aßerenti animam rationalem non eße formam substantialem dantem eße corpori humano: sed tantum

tum aßistentem, quam quidam recentiores eam insequentes his potißimum comprobarũt rationibus, quas affero, & insimul, ac semel illis satisfaciam. Dicunt Primo, Anima rationalis nullius corporis est actus, ex sententia Aristot. 2. de Anima tex. 11. igitur non est forma substantialis dans eße Huic argumento suprà in prima Quæstione de immortalitate animæ satisfecimus, fuit enim hoc primum Alexandri *argumentum; diximusq animam rationalẽ nullius corporis esse actũ, eo modo quo uegetatiua, & sensitiua sunt actus: actus enim secundum Auerroem æquiuocê dicebatur de anima; cum vegetatiua, et sensitiua erant actus corporis perficientes corpus, & qui perficiuntur ab anima: sed anima rõnalis erat actus perficiens corpus: nullius vero erat actus qui scilicet perficiatur à corpore. Dicunt Secundo, Nullum æternum est forma substantialis rei generabilis, & corruptibilis*

Opinio Auerrois ac suarũ rationũ solutio.

ptibilis teste Aristotele Primo Met. tex. 35 ac Auerroe ibidem in Com. anima rationalis est æterna; igitur non est forma substantialis (dicamus pro exemplo) ipsius Socratis, qui est generabilis, & corruptibilis. Respondeo quòd nullum simpliciter æternum potest esse forma substantialis corporis generabilis, & corruptibilis: sicq; autoritas Aristotelis ibidem arguentis contra Platonem habet efficaciam: cum ydea à Platone posita erat simpliciter æterna, ideò Aristoteles probabat ibi ydeam non posse esse formam corporis generabilis, & corruptiblis: at anima rationalis non est simpliciter abstracta, seu æterna, cum inceperit esse cum corpore: sicut iam fuit declaratum suprà in quæstione de immortalitate aīæ, dum dissoluebamus rōnes illorū, qui insequti erāt Alexādri positionē, ubi ēt dictū est animā rationalē esse generabilē, & corruptibilem extrinsecè, quatenus terminabat

Aeternū non potest esse forma substantialis rei generabilis, & corruptibilis, quomodo sit verum.

hominis generationem, & corruptionem, quo etiã modo dixit Aristoteles Primo de Anima tex. 66. idcirco poterit esse forma corporis generabilis, & corruptibilis. Qua eadem solutione tollitur consimilis ratio, qua dicunt; Nulla forma abstracta dat esse pluribus; at anima rationalis est forma abstracta à materia; ergo non dabit esse pluribus. Cessat hæc ratio: cum maior propositio non sit vera, nisi de forma simpliciter abstracta, quo modo nõ est anima rationalis. Insuper dicunt, si anima rationalis esset forma substantialis dans esse corpori, & operari, sequeretur quamlibet corporis partem intelligere, quod nullo modo est admittendum: probant consequentiam, quoniam omne compositum ex anima rationali intelligit. Si igitur anima rationalis dabit esse corpori, siue corpus informet: cum ipsa sit tota in qualibet corporis parte: sitquè indiuisibilis, qualibet igitur corporis pars erit intelligens, si

Forma abstracta à materia non dat esse pluribus quomodo sit vera.

cut et ipse homo. Cui argumento respondetur, negando consequentiam, & ratio negationis est, quia intellectio non est apta denominare nisi totum, partem nequaquàm. Est & huius alia ratio, quia intellectio prærequirit phātasmatum speculationem, quæ phantasmatū speculatio exigit determinatum organū, quod organum non est in digitos sed in parte determinata, in ipso nempè cerebro. Adhuc dicūt, sequetur si anima rationalis sit forma substātialis quòd idem insimul, & semel recipiet cōtradictoria. probant consequētiam, quia cum anima rationalis sit indiuisibilis: sitq́ tota in qualibet corporis parte, detquè esse cuilibet; quiescente igitur manu, & ipsa quiescet; moto verò pede, & ipsa mouebitur. igitur insimul, & semel mouebitur, et non mouebitur. Primo respondetur consequentiam non valere. Ad probationem dico quòd moueri, & nō moueri non sunt contradictoria, quia contra-

Cur quę libet corporis pars nō sit intelligēs, cum in qualibet corporis parte tota reperiatur animal

dictoria debēt esse respū eiusdē, et secūdū idē licet aūt moueri, et nō moueri sīt respū eiusdē, non tamen secundū idē, quia cū aīa sit indiuisibilis secūdū vnā corporis partē stat quód moueatur, secundū aliā vero corporis partē non, sicq́ non secūdū idē; vel secundo erit dicēdū; quòd anima nullo mō mouetur, quia remanet in ipso corpore sicut forma in subiecto, omnis autem forma separata à materia abstrahit à conditionibus materiæ, vt docet Aristoteles 8. Physic. nam licet orbis moueatur, eius tamen forma non mouetur, cum ipsa sit immunis à materia; & per consequens à conditionibus materiæ, quæ sunt motus, & quies, quare concludo quòd anima rationalis nullo modo mouetur, non per se, quia anima non est acidens, nec etiam mouetur per accidens; quia non comunicat cum suo subiecto; cum ab illo non sit causata, nec extensa ad eius extensionem, quo

modo

modo est anima vegetatiua, & sensitiua; & ideò conditionibus materiæ gaudent; quibus non gaudet anima rationalis, cum sit libera à materia. quare est penitus immobilis. Vltimò dicunt, animam rationalem nequaquàm posse esse formam substantialem dantem esse ipsi corpori, ratio est, quia omne aduenіens enti in actu est accidens: anima rationalis aduenit enti in actu; aduenit enim materiæ actuatæ forma substantiali, nempè anima sensitiua; ergo potius erit forma accidentalis. quocircà non dabit esse corpori. Solutio huius argumenti exposcit difficultatem illam de pluralitate formarum, An in corpore humano præter animam rationalem sit ponenda alia forma substantialis. In qua difficultate veritatem in primis aperiam, qua habita, secus sentientes confutabo, ac rationibus illorum respondebo. Dico igitur iuxtà sententiam omnium ferè Græcorum, ac ipsius

An in homine sit tantũ vna forma substantialis, & est quæstio de pluralitate formarũ in composito.

In homine duæ sunt tantum animæ potétiæ re distinctæ.

Auerrois; immò et ipsius Aristotelis, ac Platonis, quòd in homine præter animam rationalem est Vna alia animæ potentia, quæ dicitur anima sensitiua, re distincta ab ipsa rationali. Hanc opinionem Vult ipse Aristoteles Primo Etich. cap. 18. Vbi dixit in homine duas esse potentias, quarum Vna est rationalis, alia quæ rationi aduersatur. Themistius Tertio de Anima, Cap. 38. dixit, in homine præter rōnalem esse sensitiuam, et ibidem adducit Verba Platonis. Auerroes Tertio de Ani. Com. 2. 5. & 36. præter animam rationalem posuit in homine & ipsam imaginatiuam, ratione cuius dixit hominem generari, & corrumpi. Rationibus confirmatur hæc opinio, Primò dato opposito, nempe quòd in homine præter rationalem non insit ipsi sensitiua re distincta à rationali, sequetur igitur quòd eadē Virtus esset organica, & inorganica, diuisibilis, & indiuisibilis; anima enim Vt rationa-

Rationes quibus probatur in hōie duas esse potentias substantiales re distictas.

lis indiuisibilis, in organicaq́; est; at ut sensitiua organica, ac diuisibilis est. Nec valet dicere; quòd hæ potentiæ sint diuersæ, constituentes unam, & eandem animæ essentiam, cum potentiæ animæ essentialiter ab ipsa distinguãtur. Adhuc sequetur, contraria insimul, & semel in eodem esse subiecto; cum appetitus sensitiuus multotiẽs cõtrariẽtur rationali, qui duo appetitus simul sunt in eodem. Insuper, dato opposito sequetur, quòd corruptio hominis non eßet substantialis, eoq́; maximè hoc sequetur, supposito totum esse idem cum partibus suis simul sumptis; deducitur consequentia, cum .n. homo nil aliud sit, quàm sua materia anima rationali prædita, cum harũ partium quælibet sit ingenerabilis, & incorruptibilis: hominis igitur generatio, ac corruptio nõ erit substantialis, sed accidentalis. Nec est quòd quis dicat, corruptionem illam esse substantialem, quia corrumpitur unio illius for-

mæ cum materia. Hæc ſolutio nulla eſt, cum talis vnio ſit accidens. eſt enim relatio; & omnis relatio eſt accidens. quare de neceſſitate in homine præter animam rationalem ponenda eſt alia potentia, ipſa nempè ſenſitiua, re diſtincta à rationali. Sed dicet ille, dixiſti hanc poſitionem eſſe Ariſtotelis. ac Auerrois; Contra, Ariſtoteles. ſecundo de Anima*. tex.* 31. *dixit potentiam priorem contineri in poſterio ri ſicut trigonum in tetragono: ſicut ergo uegetatiua continetur in ſensitiua, ſic quoquè ſensitiua continebitur in ipſa rationali; & ſicut vegetatiua eſt ſuperflua, ſic etiam ſensitiua erit ſuperflua; aliter ponendæ erunt in homine tres potētiæ. Rōne cōfirmatur, Ex duobus entibus in actu non fit vnum per ſe, ex* Ariſtotelis *ſententia.* 7. *Metaph. ſi debet quid conſtitui, neceſſe eſt, quòd alterū ſit actu alterum ſit potētia. ſi igitur inhoīe præter rōnalē ponatur ipſa ſensitiua, homo ergo non erit ens*

per se, sed per accidens cum constet ex duabus partibus in actu. & hoc fuit argumentum principale gratia cuius difficultas praesens pertractatur. Adhuc, determinatio Auerroi videtur repugnare, qui in Primo Cap. de substantia orbis dixit, subiectum non habere, nisi vnam formam substantialem: si ergo in homine est anima rationalis, sensitiua non erit ponenda. Accedit quòd Auerroes secundo de Anima com. 4. voluit subiectum accidentium eße ens in actu: subiectum verò formae substantialis ens potentia; at cum vegetatiua sit forma substantialis, actuetq; materiam. similiter & sensitiua, sed perfectiori modo det esse ipsi materiae. rationalis ergo superueniens erit forma accidentalis; cum superueniat enti in actu. Quae omnia cessant, nec huic determinationi quicquã obstãt: Primum enim argumentum ex 2. de Anima nihil cogit, cum ibi Aristoteles loquatur

de gradibus animatorum, & non de ipsis animabus: & ideò dicebat vegetatiuum esse in sensitiuo; nequaquàm dixit. quòd anima prior sit in posteriori. Et si quis voluerit Aristotelem ibi loqui de ipsis animabus, velitq; animã priorem contineri in posteriori; hoc admittã, dummodò illæ animæ fuerint eiusdem generis: sicut est vegetatiua, & sensitiua, cum ambæ sint materiales, & organicæ: at si fuerint alterius; & alterius generis, sicut est sensitiua, & rationalis, dictum illud non verificabitur; cum sensitiua sit organica, & materialis: rationalis verò inorganica, & immaterialis. quocircà rationalis non continebit sensitiuam. Addebatur, ex duobus entibus in actu non fit vnum per se. Dico quòd homo est ens aggregatum ex duobus entibus in potentia, cũ materia, quæ debet subijci animæ rationali per accidens sit quòd subijciatur potentiæ sensitiuæ, hæc enim ad illam disponit, sicut etiam

ſuprà in prima quæſtione de animæ immorta litate fuit dictum. Auerroi dicenti ſubiectum non habere niſi vnam formam ſubſtantialē; addatur & vltimam, tunc ceſſat ratio: cum ſenſitiua in homine nõ ſit vltima forma, ſed coordinetur ad vltimam, ad ipſam inquam rationalem. Cum vltimo dicebatur, quòd ani ma rationalis erit forma accidentalis, cum ſu perueniat enti in actu: ratio nihil concludit, cum rationalis anima non ſuperueniat enti in actu per ſe, & ſub ratione qua in actu, ſed hoc ſit per accidens; accidit enim materiæ, quæ debet ſubijci animæ rationali, quòd ſit actuata prius ab ipſa ſenſitiua, cum hæc ad illam coordinetur. ad hoc autē vt aliqua for ma ſit accidentalis, neceſſe eſt vt illius ſubie ctum per ſe ſit actuatum forma ſubſtantiali, & non per accidens: ſicq́; ceſſabit argumen tum principale, gratia cuius hæc difficultas eſt pertractata. In homine igitur duæ ſunt po-

tentiæ substantiales re distinctæ, sensitiua nẽpè et rationalis, quæ ita se habent, quòd una alteri coordinetur; ut sensitiua ipsi rationali. Ex quibus facile est reÿcere secus sentientes, ac respondere suis fundamentis. In quorum numero, primo est Guielmus Ocham qui in suis quæstionibus quolibet. quæstione 10. uoluit in homine præter animam rationalem, ponendas esse duas alias formas, uegetatiuam, & sensitiuam. cuius fundamentum fuit hoc, in homine tria reperiũtur opera re distincta, uegetare, sentire, ac intelligere; ergo in homine erunt tres animæ re distinctæ, qui unicus seu solus fuit in hac opinione. Quæ opinio non est insequenda, cum iam reiecta sit ex dictis ab Aristorele. 2. de. Anima tex. 31. ubi dixit uirtutem priorem contineri in posteriori, sicut trigonum in tetragono. igitur uegetatiua continebitur eminenter in sensitiua; cum ambæ sint eiusdem generis: ambæ enim sunt

Opinio Ocham, ac eius reprobatio de pluralitate formarum.

mate-

materiales; sicquè sensitiua poterit sentire, & vegetare; ergo vegetatiua erit superflua: quod non erit dicendum de sensitiua, & intellectiua, cum sint alterius generis. Nec etiam erit audiendus Ioannes Scotus qui in 4. Senten. dixit formas substantiales multiplicari ad multiplicationem partium organicarum, seu instrumētalium, adeò quod sicut in homine sunt plura membra organica spetie distincta, vt os, neruus, caro, & huiusmodi, sic quoquè in homine erunt plures formæ substantiales spetie distinctæ: ex quibus demū pluribus formis resultat vna totalis forma, q̄ dicitur forma organizationis, seu corporeitatis, seu mixtionis, quam formam reperiri in viuentibus tantùm voluit: & ideo recedente forma specifica ab aliquo viuente, dicebat illud viuens reponi sub esse cadaueris per illam corporeitatis formam. Cuius positionis fundamenta hæc fuere, & primò quòd illæ partes organicæ

Opinio Scoti de pluralitate formarum in composito.

Forma organizatiōis, seu corporeitatis seu mixtionis secundū Scotū, quid sit.

Fundamēta Scoti.

nicæ formam corporeitatis constituentes sint spetie diuersæ sic probat, Illæ partes quæ diuersa habent opera, diuersasq; temperaturas spetiæ sunt diuersæ: sed partes instrumentales os, caro, neruus, habent diuersa opera, ac diuersas temperaturas: ergo illæ partes sunt diuersæ spetie: maiorem propositionem dicit esse veram, eo quia non est alia via per quam possimus probare equum spetie differre à boue, vel ab alio quocunq; animali nisi quia huiusmodi animalia habent diuersa opera, diuersasq; temperaturas, seu complexiones. Secundò probat, ex illis diuersis partibus causari illam formam organizationis, seu corporeitatis, eo quia eadem sunt accidentia in viuo, & mortuo: eadem enim est quantitas, eadem cicatrix, eadem figura. igitur est idem subiectũ per se: igitur sub eadem erit forma, non specificas quia illa iam est deperdita, ergo sub eadem forma generica, & hæc est forma corporeitatis,

reitatis, quæ resultat ex illis diuersis formis partium instrumentalium, igitur &c. Addit Scotus, moriatur homo, vt Socrates ex quacunquè causa vel febre, vel gladio remanet semper idem spetie & numero cadauer. igitur remanet eadem forma non specifica; quia illa iam recessit. igitur sub eadem corporis forma, cum nulla alia esse possit. Vltimò arguit Scotus, quod argumentum potius est theologicum, quàm naturale, Idem est corpus viui & mortui si sic, igitur erit idem per eamdem formam non per formam specificam, quia corpus mortuum illa caret, cum iam sit deperdita: ergo erit idem per formam corporis. igitur hæc corporis forma est ponenda. probat antecedens, quòd idem sit corpus viui, & mortui, quia si non est idem, igitur corpora sanctorum non essent adoranda; quia esset idolatria, quod asserere est absurdissimum, cum quilibet ea venerari, ac honorare teneatur.

Confutatio positiōis Scoti. *tur. Positio hæc Scoti nequaquàm est insequenda, cum repugnet determinationi iam factæ: & eo minus est approbanda, cum Aristoteles. 7. Metaph. dixerit carnem viuam à mortua differre spetie; cuius oppositum esset asserendum, si eadem esset forma substantialis in viuēte, et mortuo. Si igitur caro mortua æquiuoce dicitur caro ab Aristotele, non sunt igitur caro viua, & mortua eiusdem spetiei. quare nec eadē forma erit in illis. Quod adhuc declaro, respondendo suis fundamentis; quo ad primum, maior propositio est neganda, cuius probatio adhuc non valet, cum non sit similis ratio de duobus animalibus, quæ est de duabus partibus eiusdem animalis; opera enim, et temperaturæ duorum animalium arguunt formas illas substantiales spetie differre; quia illa sunt opera, ac complexiones subiectorum totalium; at opera, & complexiones subiectorum non totalium, quomodo sunt ope*

Forma corporeitatis in viuo, & mortuo non est eadē spetie.

Soluuntur rationes Scoti.

ra, &

ra, & cōplexiones partiū organicarū hanc diuersitatem formarū substantialiū nō possunt inferre, rō aūt quare illæ partes organica habeant aliā, & aliā operationē, ac tēperaturā; hæc est, quia illæ partes organicæ, & diuersæ debent eidē virtuti inseruire pro diuersis operibus ab illa obeundis, quæ uirtus, cui illa inseruiunt mēbra, diuersis debet fungi operibus propter sui perfectionē. Ad secundū, concedo eadē esse accidentia in viuo, & mortuo, idē pariter esse subiectū, cū infertur, igitur subiectū sub eadē erit forma; hoc est negādū. ratio est, quia subiectū illorū accidētiū, immò oīum formarū est materia prima, quæ remanet eadē, ac sub eisdē accidētibus, vt figura, quātitate, colore, ac alijs huiusmodi: eo quia hæc sunt accidētia cōmunia, q̄ eadē sunt in viuo, et mortuo. Tertiū eius argumentū cessat, negādo idē numero eē cadauer; benè est idē spetie quod remanet post Socratis mortē à quacunq; cā productam:

Quare corporis partes organicæ habeant diuersas temperaturas, ac diuersa opera.

Quare eadē sint accidentia in viuo, & mortuo.

ductā: immò dicendum est cadauer variari secundum numerum; quia sicut agentia sunt diuersa secundum numerum; sic quoq; effectus producti secundum numerum sunt diuersi. idē autē erit semper cadauer secundū spetiem, cum forma eiusdem spetiei poßit produci à causis spetie diuersis, et præcipuè si huiusmodi forma consequatur dispositionem pluribus modis ab agentibus introducibilem; sicuti est forma cadaueris quæ consequitur ægritudinem incompoßibilem cum forma viuentis: sicut etiam patet de albedine in niue, quæ resultat ex abundantia frigoris, & humidi: & de albedine in calce, quæ prouenit ex abundantia calidi, & sicci. Cum vltimo dicebatur, corpus viui, & mortui esse idem specie; hoc est falsum, & ob hoc non sequitur committi idolatriam adorando corpora Sanctorum: cuius ratio est, quia aliqua pars materiæ remanet, quæ fuit pars illius corporis Sancti.

Effectus idem spetie, causatur ab agentibus diuersis spetie.

Corpus non est idem in viuo, & mortuo.

Eti; remanet enim eadem portio materiæ pri mæ in mortuo, quæ erat in viuo. quocircà hæc corporeitatis forma quæ sit substantialis non erit ponenda per quam dicit Scotus corpus viuum, & mortuum esse idem spetie, cum illa duo corpora secundum spetiem differant ex Aristotelis sententia. 7. Met. corpus .n. mortuum non est corpus nisi æquiuocè. Nec etiã est audiendus Ioannes Gand. qui 7. Met. voluit, ac in 3. de Anima, in homine præter rationalem, & sensitiuam, reperiri alias formas substantiales; dixit .n. in homine tot esse formas substantiales: pariter & in alio quolibet viuente, quot sunt prædicata essentialia illis conuenientia, vt exempli gratia de Socrate essentialiter prædicatur homo, ens, animal, substantia, & alia huiusmodi, tot etiam in ipso Socrate erunt formæ substantiales illis prædicatis correspondentes, sicut dico de Socrate, sic de quolibet alio viuente est dicendũ,

Forma corporeitatis substantialis non est ponenda.

Opinio Ioannis Gand. de pluralitate formarum.

vt de hoc boue essentialiter prædicatur ens, animal, substantia, bos, quocircà tot erunt formæ substantiales in ipso, quot sunt prædicata essentialiter ipsi attributa: Cuius fundamenta hæc sunt; Primò arguit authoritate Aristotelis. 2. Metaph. dicentis in causis formalibus non dari processum in infinitum, eo quia nec in prædicatis essentialibus non est procedere in infinitum, argumentum hoc dicit ipse non valeret, nisi cuiq; prædicato propria forma substantialis corresponderet; Amplius, Aristoteles. 7. Metaph. tex. 33. scriptum reliquit, partes diffinitionis correspondere partibus rei diffinitæ, at partes diffinitionis assumuntur à genere, & à differentijs, quæ sunt plures, sic quoquè partes diffiniti erunt plures, per consequẽs in composito plures erunt formæ substantiales; Vltimò addit, in eodem corpore viuente forma generica, & forma specifica sunt distinctæ, igitur in eodem corpore viuente plu-

Fundamẽta prędictę opinionis.

res

res erunt formæ ſubſtantiales, probat antecedens, quia corrupta forma ſpecifica bonis, vel alterius viuentis, adhuc in ipſo remanet forma generica, cum in eo remaneant eadem accidentia, vt figura eadem, cicatrix eadem, ſimiliter & eadem quantitas, igitur in eodem corpore viuente plures erunt formæ ſubſtantiales: Cui opinioni non eſt adhærendum, quia ſi haberet veritatem, tunc ſequeretur, quòd vna, & eadem forma ſimplex eſſet plurificata, exempli gratia albedo eſt forma ſimplex, cum de ea prædicentur eſsentialiter diuerſa prædicata, vt quòd ſit ens, quòd ſit qualitas, quæ prædicatorum multitudo arguit multiitudinem formarum, igitur albedo, quæ eſt forma ſimplex, non erit una, ſed plures, quod eſt falſum aſſerere; Nec eius rationes ſunt alicuius roboris; prima non, quia Confutatio prædictæ poſitionis.

ut de hoc boue essentialiter prædicatur ens, animal, substantia, bos, quocircà tot erunt formæ substantiales in ipso, quot sunt prædicata essentialiter ipsi attributa: Cuius fundamenta hæc sunt; Primò arguit authoritate Aristotelis. 2. Metaph. dicentis in causis formalibus non dari processum in infinitum, eo quia nec in prædicatis essentialibus non est procedere in infinitum, argumentum hoc dicit ipse non valeret, nisi cuiq; prædicato propria forma substantialis corresponderet; Amplius, Aristoteles. 7. Metaph. tex. 33. scriptum reliquit, partes diffinitionis correspondere partibus rei diffinitæ, at partes diffinitionis assumuntur à genere, & à differentijs, quæ sunt plures, sic quoquè partes diffiniti erunt plures, per consequẽs in composito plures erunt formæ substantiales; Vltimò addit, in eodem corpore viuente forma generica, & forma specifica sunt distinctæ, igitur in eodem corpore viuente plu-

Funda-mẽta prędictę opinionis.

res erunt formæ substantiales, probat antecedens, quia corrupta forma specifica bouis, vel alterius viuentis, adhuc in ipso remanet forma generica, cum in eo remaneant eadem accidentia, vt figura eadem, cicatrix eadem, similiter & eadem quantitas, igitur in eodem corpore viuente plures erunt formæ substantiales: Cui opinioni non est adhærendum, quia si haberet veritatem, tunc sequeretur, quòd vna, & eadem forma simplex esset pluificata, exempli gratia albedo est forma simplex, cum de ea prædicentur essentialiter diuersa prædicata, vt quòd sit ens, quòd sit qualitas, quæ prædicatorum multitudo arguit multitudinem formarum, igitur albedo, quæ est forma simplex, non erit una, sed plures, quod est falsum asserere; Nec eius rationes sunt alicuius roboris; prima non, quia

Confutatio prædictæ positionis.

argumentum Aristotelis procedit, non quia Aristoteles velit vnicuique prædicato essentiali correspondere formam essentialem propriam, sed quia prædicata illa substantialia assumentur ab vna, & eadem formali causa, quæ prædicata cum sint finita, à fortiori illa causa formalis erit finita: Cum secundo dicebat, partes diffinitionis correspondere partibus diffiniti, hoc est verum, sed dico quòd partes diffinitionis re non seiunguntur ad inuicē, sed tantùm ratione, seu in modo essendi, genus enim & differentia, eamdem significant formam, sub diuerso tamen eßendi modo, nam homo (vt pro exemplo dicam) significat formam, vt est principium sic, vel sic essendi, quam eādem formam significat animal; sed vt est principium essendi absolutè: Vltimum eius argumentum adhuc ceßat, quia licet in homine mortuo remaneant eadem accidentia, ob hoc non est dicendum, in illo ponen-

Processus in infinitum in causis formalibus, cur non detur.

Diffinitiōis partes ad inuicem re non distinguūtur, sed sola ratione.


dam

dain esse formam genericam, sed remanent eadem accidentia, quia remanet eadem materia quae est subiectum illorum accidentium: & haec pro praesenti quaestione, ad laudem Iesu Christi Redemptoris nostri sufficiant.

TRACTATVS SECVNDVS

De intellectu agente.

An intellectus agens sit pars substantialis animæ nostræ rationalis.



Equitur tractatus secundus de intellectu agente in quo intendimus explicare quid sit intellectus agẽs, Ideò difficultas est, An intellectus agens sit pars substantialis animæ nostræ rationalis, an sit Deus, an quid aliud: In qua difficultate reperio tres modos dicendi principales. Primus negat intellectum agentem esse partem substantialẽ animæ nostræ rationalis, sed inquit esse quid extrinsecũ quod producit actũ intelligendi in intellectũ poßibili: et iste dicen

di

di modus est tripartitus; *Alexāder Aphrod.* in suo de intellectu tractatu. Cap. 28. voluit quòd intellectus agens esset Deus, qui est omniū prima causa; Auicenna dixit, intellectū agentem esse vltimā intelligentiā infrà orbē lunæ, quæ conseruat omnia generabilia, et corruptibilia: Themistius in cap. vltimo suæ digreßionis videtur asserere, quòd intellectus agens sit habitus, seu notitia primorum principiorum,, eo quia Aristoteles primo Post. dixit scientiā esse conclusionū, intellectū verò ipsorū principiorū sicq; isti conueniunt in hoc, quòd intellectus agens nō est pars substātialis animæ nostræ rōnalis: Sed cōtra Alexādrū ac Auicennā manifestè est Aristoteles, qui in 3. de Ani. tex. 17. probat intellectū agentē esse partē aīæ nostræ rōnalis tali argumēto, in oī natura est duplex prīcipiū, alterū quod est oīa facere, alterum quod est omnia fieri, anima nostra rationalis est natura quædam; ergo

Opinio Alexādri

Opinio Auicennæ.

Opinio Them.

Confutatio opinionis Alexan. & Auicen.

Intellectus agēs non est Deus, nec vltima intelligentia.

ductā: immò dicendum est cadauer variari secundum numerum; quia sicut agentia sunt diuersa secundum numerum; sic quoq; effectus producti secundum numerum sunt diuersi. idē autē erit semper cadauer secundū spetiem, cum forma eiusdem spetiei possit produci à causis spetie diuersis, et præcipuè si huiusmodi forma consequatur dispositionem pluribus modis ab agentibus introducibilem; sicuti est forma cadaueris quæ consequitur ægritudinem incompossibilem cum forma viuentis: sicut etiam patet de albedine in niue, quæ resultat ex abundantia frigoris, & humidi: & de albedine in calce, quæ prouenit ex abundantia calidi, & sicci. Cum vltimo dicebatur, corpus viui, & mortui esse idem specie; hoc est falsum, & ob hoc non sequitur committi idolatriam adorando corpora Sanctorum; cuius ratio est, quia aliqua pars materiæ remanet, quæ fuit pars illius corporis Sancti.

Effectus idem spetie, causatur ab agentibus diuersis spetie.

Corpus non est idem in viuo, & mortuo.

Eti; remanet enim eadem portio materiæ primæ in mortuo, quæ erat in viuo. quocircà hæc corporeitatis forma quæ sit substantialis non erit ponenda per quam dicit Scotus corpus viuum, & mortuum esse idem spetie, cum illa duo corpora secundum spetiem differant ex Aristotelis sententia. 7. Met. corpus .n. mortuum non est corpus nisi æquiuoce. Nec etiã est audiendus Ioannes Gand. qui 7. Met. voluit, ac in 3. de Anima, in homine præter rationalem, & sensitiuam, reperiri alias formas substantiales; dixit .n. in homine tot esse formas substantiales: pariter & in alio quolibet viuente, quot sunt prædicata essentialia illis conuenientia, vt exempli gratia de Socrate essentialiler prædicatur homo, ens, animal, substantia, & alia huiusmodi, tot etiam in ipso Socrate erunt formæ substantiales illis prædicatis correspondentes, sicut dico de Socrate, sic de quolibet alio viuente est dicendũ,

Forma corporeitatis substantialis non est ponenda.

Opinio Ioannis Gand. de pluralitate formarum.

ut de hoc boue essentialiter prædicatur ens, animal, substantia, bos, quocircà tot erunt formæ substantiales in ipso, quot sunt prædicata essentialiter ipsi attributa: Cuius fundamenta hæc sunt; Primò arguit authoritate Aristotelis. 2. Metaph. dicentis in causis formalibus non dari processum in infinitum, eo quia nec in prædicatis essentialibus non est procedere in infinitum, argumentum hoc dicit ipse non valeret, nisi cuiq; prædicato propria forma substantialis corresponderet; Amplius, Aristoteles. 7. Metaph. tex. 33. scriptum reliquit, partes diffinitionis correspondere partibus rei diffinitæ, at partes diffinitionis assumuntur à genere, & à differentijs, quæ sunt plures, sic quoquè partes diffiniti erunt plures, per consequẽs in composito plures erunt formæ substantiales; Vltimò addit, in eodem corpore viuente forma generica, & forma specifica sunt distinctæ, igitur in eodem corpore viuente plu-

Fundamẽta prędictę opinionis.

res erunt formæ substantiales, probat antecedens, quia corrupta forma specifica bonis, vel alterius viuentis, adhuc in ipso remanet forma generica, cum in eo remaneant eadem accidentia, vt figura eadem, cicatrix eadem, similiter & eadem quantitas, igitur in eodem corpore viuente plures erunt formæ substantiales: Cui opinioni non est adhærendum, quia si haberet veritatem, tunc sequeretur, quòd vna, & eadem forma simplex esset plurificata, exempli gratia albedo est forma simplex, cum de ea prædicentur essentialiter diuersa prædicata, vt quòd sit ens, quòd sit qualitas, quæ prædicatorum multitudo arguit multitudinem formarum, igitur albedo, quæ est forma simplex, non erit una, sed plures, quod est falsum asserere; Nec eius rationes sunt alicuius roboris; prima non, quia

Confutatio prædictæ positionis.

argumentum Aristotelis procedit, non quia Aristoteles velit vnicuique prædicato essentiali correspondere formam essentialem propriam, sed quia prædicata illa substantialia assumentur ab vna, & eadem formali causa, quæ prædicata cum sint finita, à fortiori illa causa formalis erit finita: Cum secundo dicebat, partes diffinitionis correspondere partibus diffiniti, hoc est verum, sed dico quòd partes diffinitionis re non seiunguntur ad inuicē, sed tantùm ratione, seu in modo essendi, genus enim & differentia, eamdem significant formam, sub diuerso tamen eßendi modo, nam homo (vt pro exemplo dicam) significat formam, vt est principium sic, vel sic essendi, quam eādem formam significat animal; sed vt est principium essendi absolutè: Vltimum eius argumentum adhuc ceßat, quia licet in homine mortuo remaneant eadem accidentia, ob hoc non est dicendum, in illo ponen-

Processus in infinitum in causis formalibus, cur non detur.


Diffinitiōis partes ad inuicem re non distinguūtur, sed sola ratione.

dam esse formam genericam, sed remanent eadem accidentia, quia remanet eadem materia quæ est subiectum illorum accidentium: & hæc pro præsenti quæstione, ad laudem Iesu Christi Redemptoris nostri sufficiant.

TRACTATVS SECVNDVS

De intellectu agente.

An intellectus agens sit pars substantialis animæ nostræ rationalis.



Equitur tractatus secundus de intellectu agente: in quo intendimus explicare quid sit intellectus agẽs, Ideò difficultas est, An intellectus agens sit pars substantialis animæ nostræ rationalis, an sit Deus, an quid aliud? In qua difficultate reperio tres modos dicendi principales. Primus negat intellectum agentem esse partem substantialẽ animæ nostræ rationalis, sed inquit esse quid extrinsecũ: quod producit actũ intelligendi in intellectu possibili: et iste dicen

di modus est tripartitus; Alexāder Aphrod. in suo de intellectu tractatu. Cap. 28. voluit quòd intellectus agens esset Deus, qui est omniū prima causa; Auicenna dixit, intellectū agentem esse vltimā intelligentiā infrà orbē lunæ, quæ conseruat omnia generabilia, et corruptibilia: Themistius in cap. vltimo suæ digreßionis videtur asserere, quòd intellectus agens sit habitus, seu notitia primorum principiorum, eo quia Aristoteles primo Post. dixit scientiā esse conclusionū, intellectū verò ipsorū principiorū sicq; isti conueniunt in hoc, quòd intellectus agens nō est pars substātialis animæ nostræ rōnalis: Sed cōtra Alexādrū ac Auicennā manifestè est Aristoteles, qui in 3. de Ani. tex. 17. probat intellectū agentē esse partē aīæ nostræ rōnalis tali argumēto, in oī natura est duplex prīcipiū, alterū quod est oīa facere, alterum quod est omnia fieri, anima nostra rationalis est natura quædam; ergo

Opinio Alexādri

Opinio Auicennæ.

Opinio Them.

Confutatio opinionis Alexan. & Auicen.

Intellectus agēs non est Deus, nec vltima intelligentia.

ergo in anima nostra rõnali erit hoc duplex principium actiuum, & passiuum; at principium hoc actiuum est intellectus agens, igitur intellectus agens non erit Deus, ut dicit Alexander, nec ultima intelligẽtia, ut dixit Auicenna; Insuper modus Alexandri et Auicennæ reijcitur argumento Auerrois sumpto ab Aristotele. 2. de Ani. tex. 60. dicente, intelligimus cum volumus, sequitur ergo, quòd intellectio sit producta à principio nobis intrinseco, non est producta à principio materiali, igitur erit causata à prĩcipio formali, quod principium formale est intellectus agens, igitur intellectus agens non erit quid extrinsecum, sed erit pars intrinseca animæ rationalis, cum inquàm intellectus agens sit ille, qui intellectionem producit: Amplius, qui fieri potest, quòd intellectus agens sit Deus, cum Deus sit causa vniuersalis, & causa vniuersalis quicquã non operatur nisi mediãte causa particulari,

quæ

quæ igitur erit cauſa particularis ipſius intellectionis? Si Alexander dixerit eſſe ipſum phantaſma; Contra, cauſa particularis contrahit cauſam vniuerſalem ad determinatū modum agendi iuxtà naturam cauſæ particularis, at phantaſma cum ſit materiale, intellectus verò ſit immaterialis, ſimiliter & ipſius intellectio, igitur phantaſma non poterit contrahere ipſum intellectum, nec poterit eē cauſa particularis ipſius intellectionis; quæ igitur erit huiuſmodi cauſa particularis? nulla alia eſſe poteſt, quā intellectus agens, igitur intellectus agens non erit Deus: Inſuper. ſi Alexander dixerit intellectum agentem eſſe Deum, ad hunc ſenſum, quatenus intellectus agens inſimul cum phantaſmatibus operatur ad ipſam intellectionem producendam, tunc ſequetur quòd pariter poterimus affirmare ignem agentem eſſe Deum, ſimiliter et aquā agentem ratio eſt, quia cauſæ particulares nō

Phantaſma non eſt cauſa particularis intellectionis

Intellectionis cauſa particularis quæ ſit.

operantur,

perantur, nisi cooperante causa vniuersali, et hoc est, quod dicũt Theologi afferentes causam quare tres pueri in fornace ignis ardentis positi non comburebantur, dicunt hanc esse, quia Deus cum illo igne non cooperabatur, in quo sensu si Alexander loquatur, tunc sequetur, quòd intellectus agens in anima nostra non reperietur, sed in ipsis phantasmatibus: eo quia cum phantasmatibus ipsis cooperatur, quod asserere omnibus peripateticis repugnat, igitur intellectus agens non erit quid extrinsecum, nec Deus, vt Alexander, nec vltima intelligentia vt Auicenna, sed erit pars intrinseca animæ nostræ rationalis: Tertius dicendi modus, qui fuit Themistij, reijcitur sic; Notitia primorum principiorum dependet ex simplici notitia terminorum scilicet subiecti, & prædicati: prò vt habetur ab Aristotele Primo Post. Cap. 3. dicente, Principia cognoscimus, quo terminos cognoscimus, sed notitia sĩplex

Ignis ardẽs quare nõ cõburrit.

Confutatur Themist.

termi-

terminorũ pẽdet ab intellectu agente, et idem à se ipso nõ dependet; igitur intellectus agens nõ erit habitus primorũ principiorũ, quia si ecõtra eßet, idẽ à se ipso dependeret; Idcircò fuit secũdus dicẽdi modus ipsius Scoti in 13. dist. 2. Sent. qui dixit intellectũ agentem, et intellectũ poßibilem duas eße animæ rõnalis potentias, distinctas à substantia animæ rationalis, & ad se inuicem ex natura rei, at realiter eẽ easdem cũ substantia aĩæ rõnalis, & ad se inuicẽ. Qui dicendi modus dato quòd eßet verus, habet hanc difficultatem soluere; si in intellectus agens ex natura rei sola eßet distinctus ab intellectu posßibili, re autem eßent idẽ, tunc sequitur, quòd idem aget in semetipsum, idemquè se ipsum mouebit, quod repugnat Aristoteli. 8. Phy. dicenti nihil à se ipso poße moueri, nec motu reali, nec motu spirituali, quia siècontra, idem eßet in actu, et in potentia, quod est imposßibile, cum

Opinio Scoti.

Confutatio opinionis Scoti.

actus,

actus, & potentia ad inuicem sint opposita; At aliquis tuendo Scotum dicet, non esse inconueniens idem esse in actu virtuali, & in potentia formali. Qui sic dicens non erit audiendus, cum talis solutio destruat Aristotelis demonstrationem in 8. Phy. qua probat in cælo duas esse naturas re distinctas, quæ talis fuit, omne quod mouetur ab alio mouetur. Sed Cælum mouetur, igitur ab alio mouebitur igitur in cælo duæ erunt naturæ, vna mouens, alia mota, quæ erunt re ad inuicem distinctæ: tunc si solutio data esset vera, ego dicerem in cælo tantum unam esse naturam, quæ vt mouet, est in actu virtualis vt mouetur, est in potentia formali; sicq; ratio Aristotelis erit nulla: quare opinio Scoti asserentis intellectum agentem, & possibilem realiter esse idem cum substantia animæ rationalis, & ad se inuicem, at ex natura rei ab illa, & ad se inuicem separari non erit acceptan-

Idem esse in actu virtuali, & in potētia formali est impossibile.

da: Est igitur tertius, & ultimus dicēdi modus ipsius D. Thomæ prima parte summæ Quæst. 79. Artic. 3. qui dixit, intellectum agentem, & intellectum possibilem esse duas animæ rationalis potentias, realiter tamen à substantia ipsius animæ rationalis separatas, ac etiam ad se inuicem, & hoc est in quo D. Thomas discordat à Scoto, qui voluit has duas animæ rationalis potentias, intellectum videlicet agentem, & intellectum possibilem esse realiter idem cum anima rationali, ac ad inuicem, ab illa tamen ac ad se inuicem separari tantum ex natura rei, & ideò in hoc dānaui ipsum Scotum: Secundū igitur D. Thomam cuius positionem approbo, intellectus agens. & intellectus possibilis sint duæ potentiæ animæ rationalis separatæ tamen secundum rem ab anima rationali, ac ad se inuicem, ex quibus integratur tota substantia animæ rationalis, ex illisq́ fit vnum, veluti ex

Opinio D. Thomę, & vera.

materia;

materia, & forma; & hanc positionem voluit etiã Theophrastus, ac Themistius. sicut est videre ab ipso in 3. de Anima. cap. 31. ac 39. suæ digressionis, concorditer asserentes intellectum agentem, et intellectum possibilem duas esse partes substantiales animæ rationalis ab ipsa re distinctas, quorum fundamentũ fuit hoc, intellectio est in nostra potestate, igitur dependet à principio nobis intrinseco, non à materiali, ergo à formali, ergo in anima nostra rationali erunt duæ partes, vna quæ producit ipsam intellectionem, altera quæ eam recipit, prima est intellectus agens, secunda est intellectus possibilis; & hanc opinionem insequutus est etiam Auerroes ibidem, & hanc opinionem approbo tanquàm ipsius Aristotelis, qui in tex. 17. Tertij libri de Anima dixit, quare necesse est in anima has duas esse differentias, nempè intellectum agentem, & intellectum possibilem; Quam positionem

adhuc magis comprobo remouendo instātias, quas contra eam posset aliquis afferre. Primo dicet ille, Aristoteles vocauit intellectū agentem, & possibilem differentias, quomodo igitur dicuntur partes, seu potentiæ: Amplius ab Auerroe dicuntur virtutes nō igitur erūt partes seu potentiæ substantiales: Augetur difficultas, cum ex verbis Auerrois Tertij de Anima com. 19. colligatur intellectum agentem esse idem quòd Deus, ibi.n.dixit, quòd intellectus agens est actus purus, nihil intelligens eorum quæ sunt hic, & quòd sui intellectio est nostra fœlicitas, quæ omnia nulli alteri cōueniunt quàm primæ causæ, seu ipsi Deo, intellectus igitur agens erit idem cum prima causâ, cum Deo. Quibus respondeo, & dico Aristotelem ac Auerroem vocasse intellectū agentem, & possibilem diuersis nominibus, quandoq; enim eos vocarunt virtutes, quandoq; differentias, aliquando partes, interdum

Solutio rationū in oppositum.

Intellectus ágés & possibilis quō ab Aristotele, & Auerroe dicantur virtutes, & differétiæ partes & substantiæ animæ.

ſubſtantias, & hoc, prò vt diuerſimodè conſiderabant dictos intellectus; vocarunt hos intellectus ſubſtantias, abſolutè eos conſiderando, eoſdem nominarunt virtutes reſpectu operationis ab vtroq; emanantis, à virtute enim intellectio proficiſcitur: at quia diuerſimodè concurrunt ad cauſandã intellectionem, vnus actiuè, alius paſsiuè, ideo Ariſtoteles eos vocauit differentias. differunt enim in modo operãdi, cum intellectus agens actiuè concurrat, intellectus poſsibilis paſsiuè: partes inſuper ab eodem dicti ſunt, in reſpectu totius compoſiti, ipſius ſcilicet animæ rationalis, quæ ex vtriſq; integratur, per partes tamen ſemper intelligendo potentias, cum potentiæ ab ipſo dicantur partes, vt patet ex Primo de Anima textu 9. & 10. quatenus ipſa anima per quamlibet potentiam non exercet omnia eius opera, ſed tantum partem operis, per intellectum enim agentem producit ipſam intellectio-

Potentiæ animæ quare dicantur ab Ariſtot. partes.

nem,

nem, quam demùm per intellectum possibilem recipit; & ex his soluuntur duo prima argumenta: Ad tertium, expono verba Auerrois ibidem, dicoque Auerroem vocasse intellectum agentem actum purum, non absolutè, sed in respectu ad intellectum potentiæ, cum intellectus agens nullam recipiat intellectionem, nullumque sensibile cognoscat, quæ omnia conueniunt, immò propria sunt intellectui potentiæ. Insuper, intellectus agens nihil est eorum quæ sunt hic, dicit Auerroes, qui considerat intellectum agentem in respectu intellectus potentiæ; qui intelligit omnia quæ sunt hic, Cum dixit Auerroes ipsum esse fœlicitatem nostram, hoc est verum non formaliter, sed contentiuè, quatenus nempè omnes cognitiones ab eo dependent, & ideò habità notitia intellectus agentis, habetur

Intellectus agẽs quõ ab Auer. dicatur actus purus. Nihil eorũ quæ sunt hic, & nostra fœlicitas.

tur etiam notitia, & cognitio omnium intelle ctionum, inmò & aliqualiter ipsius Dei; In-

An ex intellectu agẽte, & possibili cõstituatur vnũ ens per se

super aliquis dicet obijciendo, si intellectus agens, & possibilis sunt partes, seu potẽtiæ substantiales animæ rationalis, quæro an ex ipsis constituatur vnum per se, vel non, si secundũ dicatur, contrà, igitur anima rationalis non erit per se vnus actus, ex quo non est vnum ens per se: Si vero dicatur ex illis vnum per se constitui, videtur hoc esse impossibile, cum ex duobus entibus in actu non fiat vnum per se, quòd in præsenti euenit, ambo enim sunt entia in actu, & hoc est notum de intellectu agente, de intellectu possibili probatur, est.n. actus corporis, Amplius, si ambo sunt partes,

Intellectus agẽs an sit forma substantialis intellectus possibilis.

siue potentiæ substantiales, intellectus igitur agens non erit forma substantialis intellectus possibilis, ratio est, quia aut dabit illi esse substãtiale, aut accidẽtale, nõ secũdũ, rõ est, quia

intellectus

intellectus agens est substantia, nec primũ ex quo, & ipse intellectus possibilis per se est substantia, igitur intellectus agens nequaquàm erit forma substantialis intellectus possibilis: Adhuc augetur difficultas, propter argumentum Themistij Cap. 27. suæ digressionis in Tertiò de Anima; si enim intellectus agens, et possibilis sunt duæ partes, seu duæ potẽtiæ substãtiales animæ rationalis, itaquòd intellectus possibilis sit vt materia, intellectus agens vt forma, sequetur ergo quòd vltima, ac vera hominis forma erit intellectus agens, quòd affirmare est absurdum. cum rationale quòd est vltima hominis differentia non aßumatur ab intellectu agente, sed ab intellectu qui vtitur discursu, qui talis est intellectus possibilis, non igitur verum videtur esse quòd ij duo intellectus sint duæ animæ rationalis partes, siuè potentiæ substantiales: Ad primum, dico secundum Aristotelis mentem, de hac enim

Differentia vltima hominis an sit assumenda ab intellectu agente.

 hic

hic agitur, ex illis duobus constitui vnum per se ens; Probabatur tripliciter hoc esse impossibile, & primò, quia ex duobus entibus in actu non fit vnum per se: Negandum est, quòd intellectus possibilis sit ens in actu, cum ipse nullam habeat naturam, nisi hanc, quòd sit pura potentia, dixit Aristoteles Tertio de Anima textu 5. Probabatur quòd esset actus, ex diffinitione communi ipsius animæ, quæ est, quòd sit actus corporis physici, quæ diffinitio cum conueniat cuilibet animæ, competet etiam intellectui possibili. Respondeo, quòd intellectus possibilis dicitur actus ab Aristotele, respectu corporis, qui intellectus possibilis, si consideretur respectu formarum intelligibilium, sic est pura potentia, cum sit veluti materia, cumquè omnes formas intelligibiles sit aptus recipere: Ad aliud, dico quòd dat illi esse sub-

Intellectus possibilis quo modo sit actus, & potentia.

stantiale,

ſtantiale, dicebatur hoc eſſe abſurdum, quia intellectus poßibilis per ſe eſt ſubſtãtia, igitur non poterit recipere ab alio eſſe ſubſtantiale; Reſpondeo, quod hoc argumentum nihil cogit, quia non recipit eſſe ſubſtantiale abſolutê ab intellectu agente, ſed eſſe tale, quod declaro, nam intellectus posſibilis abſolutè eſt ſubſtantia in potentia, at recipit eſſe ſubſtantiale in actu ab intellectu agente, quemadmodum dicimus de materia prima, quæ abſolutè loquendo eſt ſubſtantia in potentia, forma tamen dat illi eſſe ſubſtantiale in actu, ſimiliter & intellectus agens dat eſſe ſubſtantiale actu ipſi intellectui poßibili. Cum tertio obijciebatur. igitur intellectus agens erit vltima hominis forma, quod eſſe impoßibile fuit probatum; Reſpondeo, intellectum agentem eſſe hominis vltimam formam, immò dico cum Themiſtio Capitulo vigesimo ſeptimo ſuprà

Forma vltima hominis eſt intellectus agens.

allegato, intellectum agentem verius esse hominis ultimam formam, quàm intellectum possibilem, cuius ratio est, quia ille est istius forma, cumquè anima rationalis quae ex illis duobus constituitur sit hominis forma substantialis: Addo etiam, quòd ultima hominis differentia esset aßumenda ab intellectu agente, ab illo tamen non accipitur, quia ut scriptum reliquit Auerroes in 3. de Anima com. 18. accipienda est talis differentia à forma nobis notiori, haec autem hominis forma, quae nobis est notior, est intellectus possibilis, qui nobis notior dicitur esse, quia maiorem habet cum sensu similitudinem: Ultimò quis replicabit, si anima rationalis ex his duobus constat, igitur non erit simplicissima, nec aliarum animarum nobilissima: Respondeo, animam rationalem dici simplicissimam, quatenus nullã habet à materia dependentiam, & non quia careat ijs partibus potentialibus, immò intelle

Differentia ultima hominis quare non accipiatur ab intellectu agẽte, sed possibili.

Anima rationalis quomodo dicatur simplicissima.


ctius agens, & possibilis sunt tanquàm sui partes, & hoc propter sui nobilitatem, & perfectionem, quibus partibus, siue potentijs anima vegetatiua, & sensitiua carent: cum illa hæ sint ignobiliores, soli autem animæ rationali natura condonauit principium actiuū, & paßiuum, propter inquàm sui maximam perfectionem, anima igitur rationalis sit simplicißima, non quia careat partibus illis, sed quia est à materia independens. Et hæc pro secunda parte huius operis.

Ad laudem Iesu Christi Redemptoris nostri.

TRACTATVS TERTIVS

De operatione intel-lectus.

An intellectio sit distincta ab intellectu nostro.



Inem imponentes huic libello, superest tertia, & vltima pars, de operatione intellectus, & prima disputatio nostra erit. An actus intelligendi intellectus nostri, seu an ipsa intellectio distinguatur ab ipso intellectu. In ista difficultate

ficultate omitto opinionem Themistij dicentis intellectionem non esse distinctam ab intellectu nostro, & insequor Auerroem qui totum oppositum sustinet istis rationibus motus: & primò, sicut sentire est aliquid pati à sensibili, teste Aristotele textu secundo Tertij libri de Anima, pariter intelligere erit aliquid pati ab ipso intelligibili, si sic, intellectus igitur patietur ab intelligibili ipsū intelligendo, sed intellectus ab intelligibili nihil aliud patitur, quàm actum intelligendi, eo quia ipsum recipit, igitur actus intelligendi, seu intellectio intellectus nostri erit distincta ab ipso intellectu. Addit Auerroes, si intellectio intellectus nostri eßet eadem cum intellectu nostro; ergo intellectus noster esset ens in actu, & non ens in potentia, at iuxtà Aristotelis doctrinam, intellectus noster est ens in potentia, ergo intellectio erit distincta à sub-

Opinio Auer. & vera.

Intellectio nostra est distincta ab intellectu nostro, & quare.

stantia intellectus nostri: Sustinendo itaquè hanc Auerrois opinionem, respōdeo argumentis Themistij, quē insequitur Durandus, hoc argumento motus; sicuti intellectio intellectus diuini non est distincta ab intellectu diuino, cum quicquid est in Deo sit ipse Deus, pariter intellectio intellectus nostri erit eadem cum intellectu nostro: Respondeo argumentū non valere, ratio est, quia intellectus diuinus est actu intellectus, seu ens in actu, at intellectus noster est ens in potentia, idcircò actus intelligendi intellectus nostri erit distinctus à substantia intellectus: Dixit Themistius, sicut se habet lucere ad lucem sic se habet intelligere ad intellectum nostrum, at lucere non distinguitur à luce, ergo nec intelligere distinguetur ab intellectu nostro. Huius argumenti similitudo iterum est neganda, & ratio est, quia intelligere se habet ad intellectum nostrum, sicut actus secundus ad actū primum

Opinio Themistij, Durandi, & suarū rationū solutio.


Intellectio intellectus diuini, quare nō est distincta ab intellectu diuino.

lux, & lucere an distiguātur.

primum, at lucere ad lucem non sic se habet, vt actus secundus ad primum; cum lucere sit actus primus, nam corpus illud lucet quod in se ipso habet lucem. Aliud argumentum fuit hoc Themistij, & magis efficax: Si intellectio esset distincta à substantia intellectus nostri: intellectio igitur esset ens absolutū, at omne ens absolutum habet aliquam operationē, intellectio igitur in nobis habebit aliquam operationem, sed quam habet operationem? non apparet quae sit; Quod argumentum nihil cogit, negando maiorem propositionem, non enim est verum, quòd omne ens absolutum habeat aliquam operationem, bene omne ens absolutum aut habet aliquam operationem, aut est ipsa operatio, & sic est in proposito, quòd intellectio intellectus nostri est distincta à substantia intellectus, nullam tamen habet operationem, sed est ipsamet operatio.

Ens omne absolutū habet aliquā operationē, aut est ipsamet operatio.

AN INTELLECTIO EIVSDEM OBIECTI IN INTELLECtu nostro sit noua, vel æterna.



Eundum quæsitum in ordine examinandum erat. An intellectio eiusdem obiecti in intellectu nostro sit noua, vel æterna. ex vna parte videtur, quòd sit noua, cum iuxta sententiam Aristotelis Primo Cœli: Omne factum sit nouum, sed intellectio vnius, & eiusdem obiecti in intellectu nostro est facta, igitur erit noua; Amplius, possibile

Quòd intellectio sit noua.

sibile est nullum hominem intelligere (exempli gratia lapidem,) intellectio igitur illius obiecti non erit, igitur non est æterna, erit ergo noua; Antecedens, quòd sit possibile nullum hominem intelligere lapidem, probatur, nam possibile est, quòd nullus homo imaginetur lapidem, seu quòd habeat phantasiam de lapide, at cessante imaginatione de lapide, cessabit etiam intellectio illius, igitur eius intellectio non erit æterna, erit igitur noua; Ex altera parte est Auerroes, qui in comen. 20. sic argumentatus est, agens, & passum est æternum, igitur quòd factum est, erit æternum, igitur intellectio est æterna: Auerroes satisfecit huic difficultati, dixitq; intellectionem dupliciter considerari, vno modo ex parte phantasmatis existentis in virtute imaginatiua, alio modo respectu intellectus agentis, ac possibilis, si primo modo intellectio est noua, at si intellectio consideretur

Quòd intellectio sit æterna.

Solutio difficultatis secundum Auer.

citer, & non respectu phantasmatis, est ne noua, an æterna: Dico quòd intellectio dupliciter potest considerari vno modo in indiuiduo, & a parte ante; sicq́ simpliciter est noua, sicut ēt et ipse intellectus: alio mō in spetie, et a parte post, & sic est æterna, veluti et ipse intellectus est æternus; dicoq́ eā esse æternā s. secundū sucessionē, seu interruptè, non aūt continuatè, et tūc cessant argumēta; Dicebatur, oē factum est nouum, Dico, quòd oē factum est nouum secundum indiuiduum, at à parte post stat, quòd sit æternum: Dicebatur adhuc, possibile est nullum hominem intelligere, (exempli gratia lapidem) igitur intellectio non erit æterna; Iam dixi quòd non est æterna secundum indiuiduum, immò respectu indiuidui, & secundū numerū est noua, secūdū spetiē verò, & à parte post est æterna, nō cōtinuatè, sed interruptè: Ex alia parte dicebatur; Agens, et paßū sunt æterna, ergo quod


Solutio.

Intellectio quomodo sit noua, & quomodo æterna.

Soluuntur argumēta prīcipalia.

ab illis est factũ erit æternũ: Dico, quòd intelle
ctio, quæ ab illis est facta, est æterna in spetie,
& non in numero, seu in indiuiduo; in indiui
duo enim simpliciter est noua, at in
spetie, & à parte post est æter-
na, sed interruptè, ne-
quaquàm conti-
nuatè.

An intellectio ſit diſtincta à ſimulacro rei intelligibilis.



Vaerebatur tertio in ordine: An intellectio ſit diſtincta à ſpecie, ſeu à ſimulacro rei intelligibilis: Cauſa huius quæſiti hæc eſt, ex quo enim intellectio in nobis fit, recipiendo ſpeciem, ſeu ſimulacrum rei intelligibilis, ideò quæritur, an intellectio ſit diſtincta à ſpetie rei intelligibilis, vel ſit eadem cum ſpetie intelligibili: In quo quæſito duos reperio dicendi modos, quorum quilibet eſt probabilis: Diuus Thomas, Scotus Egidius, Ioannes Gand. Caietanus, dixere intellectionem actualem (exempli gratia lapidis) eſſe re diſtinctam à ſpetie, ſeu à ſimu-

Opinio Thomę, Egidij, Scoti, Gaet. Intellectio eſt diſtincta re à ſpecie intelligibili.

ergo ſpeties intelligibilis, & actus intelligendi adinuicem ſeparantur, exemplum, vnica exiſtente ſpetie intelligibili lapidis, intellectiones ipſius plurificātur, ergo ad inuicem ſeiunguntur, probatur conſequentia, nam ſi non diſtinguuntur, ergo ſicut plurificantur actus illi intelligendi, pariter, & ſpeties intelligibilis plurificabitur,, antecedens probant, nam entis poſitiui, & entis priuatiui, vna, ac eadem ſpeties eſt intelligibilis, exemplum, vt lucis, ac tenebræ eſt vna, ac eadem ſpeties, ſimiliter ſoni, ac ſilentij, ambo enim per vnam ac eādem ſpetiem repræſentantur, actus tamen intelligendi ſunt plurificati, ſicut enim obiecta ſunt duo diſtincta, ſimiliter & ipſæ intellectiones, ſeu actus intelligendi ſunt diſtincti, cū actus per obiecta diſtinguantur, vt ſcriptū reliquit Ariſt. 2. de Ani. tex. 33. Secūdo dicūt, ſi ſpeties intelligibilis in intellectu nō eſſet re diſtincta ab actuali intellectione vnius, & eiuſ-

dem obiecti, sequetur, quòd cessante actuali intellectione vnius, & eiusdem obiecti, vt exempli gratia lapidis, nihil remanebit in intellectu, consequens est falsum, igitur & antecedens ex quo illud infertur; Probant consequens, si enim in intellectu non remanet species intelligibilis, tunc intellectus ita erit in potētia post actualem intellectionem illius obiecti, vt gratia exempli lapidis, sicut prius erat, quàm ipsum intelligeret, cuius tamen oppositum docuit Aristoteles Tertio de anima tex. 8. dū dixit, quòd intellectus post actualem intellectionem est factus in actu, & non amplius est in potentia; Vltimo dicunt, sicut species sensibilis, exempli gratia coloris, distincta est ab actu videndi, pariter & in ipso intellectu species intelligibilis est separata ab actu intelligendi, antecedens patet, nam simulacrum coloris est in aere, & tamen non est visio, seu actus videndi, sic quoq; species intelligibilis nō

est intellectio, seu actus intelligēdi; Ex altera autem parte est Auicen. in 6. Natural. quem omnes nominales sunt insequuti, vt Henricus, Durandus, & alij, qui asserunt spetiem intelligibilē minimè esse distinctam ab actu intelligendi, imo volunt, quòd speties intelligibilis, & actus intelligendi sint idem re; Addunt, quòd dicitur speties intelligibilis, quatenus est simulacrum, seu rxemplar ipsius obiecti, dicitur verò intellectio, ratione qua est operatio intellectus, sicq; sola ratione seiunguntur cum ab obiecto dicatur simulacrum, exemplar, seu speties, à potentia verò vocetur intellectio: Qui sic dicentes, licet multis argumentis suam probent opinionem, tria tamen tantū affero, & potiora: Primo arguunt ratione desumpta ab Aristotele Primò Phy. tex. 41. vbi scriptum reliquit, Melius est itaq; paucio ra, et finita recipere, quod facit Empedocles, quàm infinita sicut Anaxagoras: Ex quibus

Opinio Auicennæ, & omnium Nominalium.

Speties intelligibilis quare sic dicatur.

Rationes prædictę opinionis.

ma textu 5. dicente, Intellectus nihil est actu eorum quæ sunt, antequàm intelligat; si sic, intellectus igitur exempli gratia Socratis, vel alterius cuiuslibet antequã intelligat (exẽpli gratia lapidem, vel aliud quid) nihil habet actu ipsius lapidis, igitur species intelligibilis non erit re distincta ab actuali intellectione; probant consequentiam, quia si ab illa seiungeretur, intellectus ergo dicunt prius natura esset in actu, antequàm lapidem, vel aliud intelligibile intelligeret, quod tamẽ negatũ fuit ibi ab Arist. dũ dixit, quòd intellectus nihil est ipsius lapidis, antequã intelligat lapidẽ. Vltimo elliciunt argumẽtũ ab Arist. 2. Etich. dicente; tria esse, quæ sunt in intellectu, quæ tria his vocauit nominibus, Paßiones Habitus, et Potẽtiæ: paßiones, vt delectatio, & tristitia: Potentiæ, vt irascendi, sentiẽdi, intelligẽdi, tunc sic formãt rõnẽ, si in anima non sunt nisi tria prædicta, actus intelligendi

telligendi non est passio, non est potentia, ergo est habitus; at habitus (exẽpli gratia lapidis) est ipsa met speties intelligibilis, igitur actus intelligendi erit ipsa met speties intelligibilis, igitur speties intelligibilis, actusquè intelligendi ad inuicem re non seiungentur; Et hæc

Determinatio.

sunt huius opinionis fundamenta: Sed quæ harum sit rectior, difficile est dijudicare, cum ambæ sint probabiles, secunda tamen opinio videtur magis approbanda; cum apud Græcos expositores talis distinctio spetiei intelligibilis ab actu intelligendi non reperiatur, nec

Spetiei intelligibilis non est distincta ab actu intelligendi.

apud Auerroem; Quicquid tamen sit, sicut dixi vtraquè opinio est probabilis, idcircò vtranquè sustinendo, respondeo fundamentis vtriusquè; & primo sustinendo opiniõnionem primam; respondeo argumentis Auicennæ, & aliorum ipsum insequentium:

Soluuntur rationes Auicennæ, & nominalium.

Ad primum, Negatur minor, quo ad illam partem in qua dicitur, quòd admittendo spe-

tiem

tiem intelligibilem re non esse distinctam ab actuali intellectione, quòd illa paucitas sit possibilis; eo quia ut dixit Diuus Thomas, speties illa intelligibilis effectiuè concurrit ad causandam ipsam intellectionem, phantasma verò virtualiter, vel ut dixit Ioãnes Gandauensis concurret dispositiuè; Ad secundum, concedo intellectum antequàm intelligat esse in actu, sed accidentali, quia illa speties est accidentalis, intellectus enim ex sui natura est pura potentia, at recipiendo illam spetiem, fit in actu accidentali, quemadmodum & materia prima antequàm recipiat formam substantialem, prius recipit qualitates dispositiuas: & si quis obijciat, quomodo eas recipit, quia esset in actu? dico, quòd fit prius in actu, scilicet accidentali per illas qualitates: pariter dicendum est de intellectu, quòd per illas speties fit in actu, sed accidentali: Ad vltimum

Intellectus recipiedo speties intelligibiles quomodo fit in actu.

timum dico, quòd ſub paßione comprehendit actum intelligendi, ſicuti enim delectatio, & triſtitia ſunt paßiones, quia inſequuntur ſenſum, ſimiliter actus intelligendi dicetur paſsio, cum ad ipſum cauſandum concurrat ſenſus.

Intellectio quomodo dicatur paſſio.

Soluuntur rationes Diui Thomæ, & aliorum.

Suſtinendo autem opinionem Auicennæ, & Nominalium, ſatisfacio argumentis Diui Thomæ Erat primum, exiſtente vna ſpetie intelligibili plurificantur actus intelligendi: Hoc negatur, immò sicuti ſunt plures intellectiones, sic quoquè ſunt plures ſpeties intelligibiles; Sed iſtud antecedens probabatur, eo quia entis poſitiui, & entis priuatiui eſt vna, & eadem ſpeties intelligibilis, vt lucis, ac tenebræ, & tamen actus intelligendi plurificantur: Oppoſitum ſuſtinentes dicunt, quòd ſicut entis poſitiui, & priuatiui eſt vna, & eadem ſpecies intelligibilis. ſic quoquè ipſorum eſt vna, & eadem intellectio, licet ens poſitiuum

Entis poſitiui, & entis priuatiui, ẽ vna & eadem intellectio.

Ens poſitiuum, & ens priuatiuum diuerſimodè cõcipiũtur.

positiuum, & priuatiuum diuersimodè concipiantur, lux enim positiuè concipitur, at tenebræ priuatiuæ, seu ex negatione lucis. Dicebatur secundo, Cessante actu intelligendi nihil remanet in intellectu, ergo &c. Aduersarij concedunt illud antecedens, Dicebatur, ergo intellectus post actualem intellectionem ita erit in potentia, sicut priusquàm intelligeret: Negant consequentiam, immò dicunt quòd intellectus postquàm intellexerit rem, est aliquo mō ī habitu; Cū infertur, igitur dabitur species intelligibilis; Hoc adhuc negant; Dicebatur, qūo ergo erit in habitu? Dicūt, ex præsētia phātasmatis, seu ex spetie intelligibili reseruata, et indè est, quòd ammoto oī extrīseco, intellectus pōt intelligere, cū non vocetur intellectus in habitu, quia reseruet spetiē intelligibilē, sed sic uocatur in habitu, quia reseruat simulacrū rei post intellectionē; Erat vltimū, sicut uisio coloris distinguitur à spetie sensibili

Intellectus ob quid dicatur in habitu.

sensibili ipsius coloris, sic intellectio erit distincta à spetie intelligibili: Negãt antecedens, immò dicunt, quòd in visu species visibilis est ipsa visio, quæ visio dicitur species visibilis respectu colorum, at respectu potentiæ visiuæ dicitur visio, cum vnum & idem re sit species visibilis, ac ipsa visio, ratione tantum distinguãtur. Sed contra primam opinionem adhuc inminet difficultas, si enim species intelligibilis est distincta ab actu intelligendi, sequetur ergo dicet ille, quòd cessante actu intelligendi remanebit species intelligibilis in ipso intellectu, si sic, igitur intellectus habebit memoriam, quòd repugnat Aristoteli, cum memoria sit ipsius sensus. Iuxtà illam opinionem dico, verum esse intellectum reseruare species intelligibiles cessante actu intelligendi, admitto quoquè memoriam esse in intellectu, sed per accidens, nequaquàm per se, spe

Memoria quomodo sit in intellectu, & quomodo in sensu.

tiem

tiem enim intelligibilem non reſeruat intellectus, niſi quatenus illam ſenſus reſeruat, nã ſi gratia exempli, ſpeties lapidis à ſenſu tolletur, eadem & ab intellectu auferreretur, quare per accidẽs intellectus reſeruat ſpeciem illam, at ſenſus per ſe, Et hac prò hac quæſtione.

AN INTELLECTIO PENDEAT IN ESSE, ET Conseruari in intellectu ab ipsis phantasmatibus.





Varta, & vltima dubitatio in ordine sequitur declaranda, quæ est: An intellectio unius, & eiusdem obiecti, exempli gratia lapidis, recepta in intellectu, pendeat in esse, & conseruari in ipso intellectu à phantasmate, seu à simulacro ipsius lapidis.

pidis, ita quòd posito simulacro, ponatur ipsa intellectio, ipsoq́ simulacro amoto, ipsa pariter intellectio remoueatur, quemadmodum imago obiecti recepta in speculo remouetur, ipso amoto; In hac difficultate crediderim Auer*roem secundum mentem Arist. rectè sensisse, qui quidem in 3. de Anima com. 30. dixit, Intellecta vniuersalia esse colligata cum phantasmatibus, seu cum imaginibus, & corrupta per corruptionem earum; ex quibus suis verbis colligitur ipsum voluisse, intellectionem pendere à phantasmate, tum in esse, tum in conseruari in intellectu nostro; quæ positio ratione comprobatur; si intellectio non penderet à phantasmate in esse, & conseruari, ergo intellectus esset uirtus per se cõseruatiua, quod est falsum, quia conseruare intellectionem cõuenit perse ipsi memoriæ, quæ se tenet ex parte sensus, probatur consequentia, quia & si phantasmata remoueantur à sensu, adhuc ta-*

Opinio Auerrois approbanda.

Intellectio pẽdet à phãtasmate tum in esse, tũ in cõseruari.

Memoriæ munus ẽ cõseruare per se intellectionem.

men in intellectu remanet ipsa intellectio, igitur intellectus erit virtus per se conseruatiua, quod tamen est falsum, cum hoc per se tantũ ipsius memoriæ sit munus, dicẽdum igitur est, intellectiones rerum sensibilium dependere à phantasmatibus in esse, & conseruari; Quod adhuc confirmatur, quia secundum Aristotelem tanta est colligantia intellectus nostri in intelligendo cum ipso sensu, quòd sicut intellectus noster non potest esse sine sensu, ita nec absq; ipso sensu potest operari. Ad hoc autem vt hæc determinatio dilucidior reddatur, respondeo rationibus aliorum secus sentiẽtium; in quorum numero fuit D. Thomas qui in 2. contra Gentiles cap. 73. nequaquam uoluit intellectiones sensibilium in intellectu pendere in esse, & conseruari ab ipsis phantasmatibus in sensu existentibus, cum quilibet poßit se reuocare ad primam scientiam, quam studio aquisiuit, quod sibi esset impoßibile, si intellectio

Opinio D. Tho.

ctio penderet in esse, & conseruari ab ipsis phantasmatibus, seù à simulacris sensibiliũ, nullus enim secum defert simulacra illa, cum sint corruptibilia, & hanc suam opinionem multis comprobat rationibus; Primo arguit ex Aristotelis verbis 7. Phy. tex 20. ex quo textu colligitur, intellectũ in sui scientia abstraere à motu, ex quo sequitur intellectionem nullo pacto cum sensu esse colligatã, nec in esse, nec in conseruari, consequentia valet, quia dato opposito, intellectio non abstraeret à motu. Huic rationi respondeo, dico q; intellectum in sui scientia abstraere à motu, & à materia perse, per accidens tamen, & ratione sensus esse cum motu, igitur intellectio cum sẽsu erit colligata, pendebitq; ab ipsis phantasmatibus in esse, & conseruari; Secundo arguit D Thomas, & accipit Aristotelis authoritatem 3. de Anima textu 6. dicentis animam rationalem esse locum spetierum intelli

Rationes D. Tho. ac earum solutio.

gibilium, tunc sic format rationem: de ratione loci est conseruare locatum, dixit Arist. 4. Phy. anima rationalis est locus spetierum intelligibilium, ergo anima rationalis conseruabit speties has intelligibiles, si sic, ergo intellectio pendebit in esse, & conseruari ab ipsa anima, nequaquam ab ipsis phantasmatibus; Cessat hæc ratio, quia de ratione loci ne dum est conseruare locatum, sed etiam ipsum recipere, cum ipsum conseruare minimè posit, nisi ipsum recipiat, ideo Arist. aßimilans animam ipsi loco, similitudo tantum stat in prima loci conditione, quæ est recipere locatum, sic quoq; anima rationalis recipit ipsas speties intelligibiles, & quia vbi est similitudo, ibi etiam est dissimilitudo, ideo penes secundam conditionem anima erit dißimilis ipsi loco, cũ locus conseruet locatum, anima rationalis nequaquam conseruat speties intelligibiles, penes quam secundam conditionem similitudo illa

Loci natura.

Animę rõnalis tantũ est recipere spẽs intelligibiles nequaquã illas conseruate.

non

non est audienda : Sed statim quis obijciet, Memoria conseruat simulacra rerum sensibilium, igitur à fortiori anima rationalis cõseruabit simulacra rerum intelligibilium, cum intellectus sit virtus longe nobilior ipsa memoria : Quod etiam confirmatur, si materia sensibilium, vt exempli gratia, materia ligni, lapidis conseruat formas illas sensibiles, à fortiori intellectus possibilis conseruabit formas intelligibiles, cum intellectus possibilis sit materia formarum intelligibilium, cum q; materia intelligibilium sit præstantior, quàm materia sensibilium : Ad primam instantiam, respõdeo consequentiam non valere, cuius ratio est quia intellectus non dicitur virtus præstãtior ipsa memoria, quia conseruet speties illas, sed dicitur præstantior, quia est separatus à materia, pariter, & eius operatio est quoq; à materia immunis, quod ipsi memoriæ non conuenit, quæ est virtus materialis, quare & eius

An intellectus possit cõseruare speties intelligibiles.

operatio

operatio erit quoq; cum conditionibus materiæ; Cum iterum dicebatur, materia sensibilium conseruat speties sensibiles, igitur à fortiori & ipse intellectus; semper consequentia est neganda, et ratio diuersitatis sit hæc, quòd formæ sensibiles habent esse reale in materia sensibili, ac cum conditionibus materiæ. at formæ intelligibiles nequaquam esse reale habēt in intellectu, sed potius aduentitium; Vltimo addidit D. Thomas hanc rationem, Nullū æternum pendet in esse, & conseruari ab ipso corruptibili, intellectio est æterna, phantasma, seù simulacrum est corruptibile, igitur intellectio nullo modo dependebit ab ipso simulacro, Respondeo, quòd simulacrum si consideretur in indiuiduo, & secundum numerum, sic est nouum, & corruptibile, pariter, et intellectio in indiuiduo sumpta, vt in hoc, & in illo est indiuiduo est noua, est corruptibilis, at si simulacrum, & intellectio consideretur

Speties sēsibilis quare cōseruetur in materia.

Speties intelligibiles quare non conseruētur in intellectu.

in spetie

in spetie, & à parte post, ambo sunt æterna, licet interruptè, quare intellectio in intellectu nostro dependebit in esse, & conseruari ab ipsis phantasmatibus.

Et hæc ad laudem Dei omnipotentis, ac eius Filij Iesu Christi determinata sint; In quibus si quid esset dictum, quod Veritati Catholicæ repugnaret, id asserendo aliorum dicta intelligatur, et non quòd ita sentiam, quia in ijs & in omnibus alijs determinationi Sacrosanctæ Romanæ Ecclesiæ semper me subijcio, & stare intendo, sicq; me Deus adiuuet.

FINIS.



INDEX QVÆSTIONVM QVÆ Principaliter disputantur.

INDEX NOTABILIVM TOTIVS OPERIS LOCVPLETISSIMVS,

In quo litera . A , primam faciem denotat , B . vero secundam .

A

Anima

B

C

Confutatio

R 3

Diffi-

E

G

H

Intelle-

Intellec-

N

O

Opinio

P

S

Quomodo

R

S

Scientia

T

V

FINIS.